




INTRODUCTIO
IN
TETRAGONOMETRIAM
ADMENTEM V. C. L'AMBERT
ANALYTICE CONSCRIPTA

A

STEPHANO BIÖRNSEN

MATHEM. ET PHILOSOPH. CULTORE,



HAVNIAE,
APUD PROFTIUM, UNIVERS. BIBLIOPOL.
MDCCLXXX.

PRINCIPI
HAEREDITARIO,
REGIS FRATRI.

CELSISSIME PRINCEPS
ATQUE SERENISSIME!

Scientiis mathematicis ab omni aevo principes et Magnates magnum pretium ſtatuerunt, easque ſua munificentia promoverunt, cujus rei numeroſa proferri poſſent exempla, majorum parentumque tuorum celſiſſime **Princeps!** *exempla duntaxat commemoro, Friderici II. Tychonis ſummi Aſtronomi Mecenatis, Friderici V. qui pro regia munificentia, qua in rem litterariam uſus eſt, ſumtus ingentes fecit in longinquas expeditiones litterarias, ad Hiſtoriam naturalem, Aſtronomiam, Geographiam et Phyſicam promo-*

 vendas.

vendas. Tu, clarissime Princeps! virtutum heroicarum, quibus aucti fuere majores et parentes tui, imitator dignissimus Historiam civilem, Daniae et Norvegiae nec non antiquitates Septentrionis, mirifico studio et regia liberalitate promovere coepisti, quo ipso in tuae celsitudinis tanto majorem laudem et admirationem homines rapiuntur, quanto minor est aetatis tuae iste modulus, ut ex vero de te praedicandum sit, quod Curtius Rufus quondam de Alexandro magno praedicavit, modulum aetatis omnia ipsius facta heroica honestare. Haec sane gravissima suberat ratio, cur hanc in Tetragonometriam introductionem tuo Numini Nominique potissimum inscribendam censuerim, cujus quidem construendae lapidem angularem jecerat vir magnus Johannes Henricus Lambert, Academiae Berolinensis dum vixit sodalis, ad quem ego caeteros lapides adjeci, ordinavi parietes

rietes construxi, atque totum hoc aedificium Tetragonometricum excitavi; ut asseverare ausim; haud inficias iturum virum Clariss. Lambert, si, quod toto animo exoptarem, adhuc in vivis esset, me quoque se cum participasse, in hac scientia prorsus nova ac utilissima condenda. Sicut enim inde a pueritia in omni studio mathematico assiduus, partem maximam temporis et operam indefessam Mathesi impendi; ita etiam in hoc opere tetragonometrico evolvendo multum temporis consumsi et laboris exantlavi, totius enim Tetragonometriae argumenta evolvi, demonstravi, ordinavi, concinnavi, in systema redegi, et hac ratione totius Polygonometriae, satis vastae, utilis ac inventu difficilis scientiae, haud sane contemnenda fundamina jeci, quos inter labores, certo salario destitutus, pro quotidiano pane comparando multa tuli fecique sudavi et alsi. Nullus igitur du-

 bitavi,

bitavi, celsissime Princeps, hoc opusculum ad pedes tuos humillime deponere, certo persuasus Tibi scientiarum Patrono, hosce meos labores haud improbatum iri. Deus Te servet Principum Daniae decus. Ita vovet.

CELSISSIME PRINCEPS
SERENISSIMI NOMINIS TUI

Havniae
d. XXVIII. Martii
MDCCLXXX.

humillimus cultor
STEPHANUS BIÖRNSEN



PRAEFATIO.

Dari ſyſtema quoddam problematum, quae per Trigonometriam proprie dictam non ſolverentur, ſed quorum objectum eſſent figurae rectilineae quadrilaterae ſive trapezia, et ad claſſem ſibi propriam et peculiarem referrentur, primus omnium Clariſſ. Lambert, Academiae Berolinenſis quondum membrum, animadvertit, et ſcientiae, quae circa iſta problemata occupatur, ex natura rei Tetragonometriae nomen impoſuit. Mirum ſane videri poteſt, Geometras hoc prius non vi-

diſſe. Hujus enim ſcientiae caſus ſimpliciſſimi in vulgaribus Geometriae elementis tradi ſolent hoc problematae: Datis omnibus lateribus figurae cujuscunque rectilineae, et tot diagonalibus, ſive angulis quot ſunt latera, demtis tribus, figuram conſtruere. Quod ſi ergo ad quadrilaterum applicetur problema proponitur hoc modo: Datis omnibus lateribus et angulorum uno, ſive diagonalium altera, conſtruere figuram quadrilateram. Si ad Pentagonum, ita: Datis omnibus lateribus et duobus angulis, vel etiam duabus diagonalibus conſtruere Pentagonum. Si itaque animadvertiſſent Geometrae, neceſſarium haud eſſe, ut omnia dentur latera, ſed uno latere vel pluribus ex quaeſtione exulantibus totidem angulos poſſe ſubſtitui, longe certe prius in hanc

theo-

theoriam incidiſſent. Verum in Tetragonometria recte ſtatuit Clariſſ. Lambert, praeter latera, diagonalem et angulos nullas determinationes adhibendas eſſe, ſicuti in Trigonometria non niſi anguli et latus uſurpantur, et quemadmodum, ſi plures aliae determinationes in triangulis admittantur, Trigonoſcopia vocatur, ita ſiquidem in trapeziorum doctrina plures determinationes admitterentur, Tetragonoſcopia rectius diceretur.

Caeterum Tetragonometriae problema generale, quod omnia ſuo ambitu comprehendit eſt hujusmodi: In figura quadrilatera rectilinea quinque determinationibus datis, ſextam invenire, et conſtruere figuram. Pentagonometriae problema generale foret: In Pentagono quocunque ſeptem determinationibus datis,

tis, octavam invenire et conftruere figuram. Abftrahendo ab ideis fpecierum, *trianguli*, *trapezii*, *pentagoni*, *hexagoni* &c. et ad ideam generis afcendendo, tota hujusmodi fcientia Poligonometria recte vocatur, vafta fatis fcientia, cujus pars maxima adhuc defideratur, primum gradum Trigonometria, fecundum Tetragonometria, tertium Pentagonometria conftituit &c.

Verum uti Trigonometria Tetragonometriae inveniendae principia tradit, ita haec una cum illa Pentagonometriae principia inveniendi tradere debet. Sunt autem problemata Tetragonometriae duorum generum; nam alia utrique methodo, tam Trigonometriae, quam Tetragonometriae fubfunt, alia foli Tetragonometriae propria trigonometrice non folvuntur.

Haec

Haec itaque problemata Tetragonometriae, quorum recenſionem et diviſionem in claſſes et capita dederat primus magnus ille vir Clariſſ. Lambert, methodo analytica breviter expoſui, illi diviſioni et ſubdiviſioni inhaerens, quam auctor ipſe problematum fecerat. Equidem duplo vel etiam triplo prolixius hac de materia ſcribere potuiſſem, ſed brevitati ſtudui, et veritatum delectum habui. Cum enim multae ſint veritates perfaciles, nolui earum multitudine lectori nauſeam movere, et eas ſelegi, quae majoris momenti videbantur, et profecto haud ita paucae veritates interſperguntur, quae attentionem ſeriam et acumen requirunt.

In tota tractatione per ſcholia indicavi caſus problematis Tetragonometriae proprios et

a cae-

a caeteris diſtinctos, quos cum Trigonometria communes habet, illorum utilitatem in Geometria practica indicavi et ſolutiones per aequationes quadraticas ſaepius obtinui, aliquot tamen aequationes ad quartum gradum aſcendunt, ad quas igitur ſtudio brevitatis exemplo Newtoni in Arithmetica univerſali et plurium aliorum reſolutionem problematis deduxiſſe contentus fui, complementum ſolutionis per cognitas methodos ipſi lectori relinquens; habent autem hae aequationes quarti gradus pleraeque formam ſimilem, ita ut unius ſolutione completa data, omnium caeterarum ſolutiones completae habeantur. Pauci dantur caſus in quibus, cum aequationem ad gradum quarto altiorem aſcendere et inſuper magna terminorum multitudine conſtare cernerem,

evolu-

evolutionem eiusdem pro caſu quodam utili et Tetragonometriae proprio prorſus omiſi, cum nullius vel certe exiguae utilitatis fore in praxi praeviderem, et brevitati ſtuderem. Ex aequationibus interdum theoremata haud inelegantia elicui, et arbitrarias determinationes ſaepius adhibui, per quas problemata ad triangula pertinentia ſolvuntur eleganter, quae aliis methodis non ſolvuntur, quo ipſo methodi Tetragonometricae utilitas in aliis problematibus ſolvendis elucet, verum poſthaec multo magis eluceſcet, ſi quis Pentagonometriae, Hexagonometriae, et in genere Poligonometriae condendae ſe applicuerit.

In hunc tractatum tetragonometricum tres terminos in Geometria prius non receptos introduxi; neceſſarium enim fuit, ut me ſatis

apte

apte et concinne exprimerem, a vulgari et ordinario trapezio, quod utramque diagonalem habet intra ſe, alterum illud diſtinguere, minus uſitatum, quod alteram vel utramque diagonalem habet extra ſe. His itaque figuris ex natura ſua nomen impoſui, et trapezium inverſum appellavi; partialiter inverſum, quod alteram, totaliter inverſum, quod utramque diagonalem habet extra ſe, et in relatione et oppoſitione ad hoc trapezium, vulgare illud et uſitatum directum vocavi; haec autem diſtinctio aptis terminis expreſſa neceſſaria videbatur.



INDEX CAPITUM.

INTRO-

INTRODUCTIO

IN

TETRAGONOMETRIAM.



INTRODUCTIO
IN
TETRAGONOMETRIAM.

CAPUT I.

Recenſio et examen fundamentorum Tetragonometriae V. Clariſſ. Lambert.

§. 1.

Univerſalis poſſibilitas, quamlibet figuram quadrilateram rectilineam in duo triangula rectilinea per diagonalem dividendi, ei cogitationi haud dubie occaſionem dedit, quod qui in calculo Trigonometrico bene ſe exercuerit; is etiam in figurarum quadrilaterarum calculo ſine difficultate progredi poſſet. Cui opinioni quid et quantum ſubſit veri, ex hac recenſione patebit, in qua contentus ero, omnes caſus poſſibiles Tetragonometriae recenſere et problematum eo ſpectantium numerum definire.

§. 2. Si quadrilaterum rectilineum per ſe conſideretur, ſine diviſione per diagonalem in triangula, praeter latera quatuor ac totidem angulos nihil amplius habet. Quare tum haec occurrit quaeſtio quomodo aliquae harum partium

 per

per caeteras determinentur, et quot casus sint possibiles? Et cum in Algebra, quando ad aequationem est perveniendum, inter quantitates datas et quaesitas non consideretur discrimen, ad abbreviandum etiam ego hoc discrimen seponam, quippe quod magis aequationum resolutionem, quam inventionem concernit.

§. 3. Cum in omni quadrilatero rectilineo, summa omnium angulorum sit quatuor rectis, sive 360° aequalis, ex tribus angulis datis quartus per se inveniri potest. Data vero a se invicem independentia sint oportet, idcirco ex quatuor angulis plusquam ex tribus non reperitur; consequenter in aequatione quaesita plures quam ad summum tres anguli contineri non debent.

§. 4. Sed tres anguli cum duobus lateribus totum triangulum determinant, ideoque duorum laterum reliquorum uno in aequationem insuper adscito, obtinetur haec propositio: Tres anguli et tria latera se se mutuo determinant; quam tamen sic intelligendam quilibet videt, qui Geometriam elementarem, vel a primo limine salutavit, quod trium laterum ac totidem angulorum, quinque simul sumta, sextum determinent. Cum igitur in hoc casu angulus unus et latus unum in aequatione desint, respectu positionis angulorum duo casus occurrunt; potest enim angulus absens adjacere lateri absenti vel non, ac ideo inter duo latera quae in aequatione adsunt, intercipi. Cum autem respectu aequationis nihil intersit, inter quaenam bina latera ex *illis tribus dictus* angulus interjaceat; superfluum omnino foret hunc casum ulterius subdividere,

videre, consequenter pro tribus lateribus et tribus angulis, non habentur nisi duo casus.

§. 5. Si unus angulus ex aequatione dimittatur, hic defectus uno latere supplendus est, et sic in aequatione habentur duo anguli et quatuor latera, horum singulis quinis sextum determinantibus, atque etiam hic respectu positionis angulorum duo dantur casus speciales, qui facile cogitari possunt: duo enim isti anguli vel diagonaliter sibi opponuntur, vel eidem lateri adjacent. Habentur ergo quatuor casus universales et quatuor aequationes eos exprimentes, quarum quaelibet sex continet casus particulares, pro numero determinationum in ipsa contentarum, et cum eorum quilibet ut quaesitum spectari possit, ideo pro quatuor aequationibus habentur casus viginti quatuor.

§. 6. Hi viginti quatuor casus in quatuor primis figuris (Fig. 1. 2. 3. 4.) repraesentantur, prima namque figura continet quatuor latera et duos angulos diagonaliter oppositos; et aequatio eo pertinens Cl. Lamberti est hujusmodi:

$$a^2 + b^2 - c^2 - d^2 = 2ab \cos \omega - 2cd \cos \psi.$$

Secunda figura continet quatuor latera et duos angulos eidem lateri adjacentes, et aequatio harum sex partium relationem exprimens, quam dedit Cl. Lambert est talis

$$a^2 + b^2 + c^2 - d^2 = 2a\ (b \cos \omega + \cos \phi) - 2bc \cos (\omega + \phi)$$

Tertia figura continet tria latera et tres angulos, duos eidem lateri adjacentes et unum binis e tribus reliquis interceptum, quarum sex partium relationem exprimit haec aequatio Cl. Lambert:

$$a \,Sin.\, \omega = c \,Sin.\, (\omega + \phi) + d \,Sin.\, \lambda.$$

 Quarta

Quarta continet ſex partes quae ſe invicem continuo conſequuntur, quarum relationem exprimit haec aequatio a Cl. Lambert data:
$c\,Sin.\psi = a\,Sin.(\varphi+\psi) - b\,Sin.(\varphi+\psi+\omega)$.

§. 7. In quatuor iſtis aequationibus omnes anguli aſſumuntur acuti. Quod ſi deinceps occurrant caſus in quibus ſint obtuſi, ſive ſummae angulorum, $\omega+\varphi$, $\varphi+\psi$, $\varphi+\psi+\omega$, majores duobus rectis, tum ſigna rite erunt immutanda, quod tamen tum demum erit faciendum, cum aequatio fuerit reſoluta, quia in plerisque reſolutionibus functiones angulorum immutantur. Caeterum apparet non omnes ſolutiones aeque faciles et ſimplices eſſe, et in ſpecie, quod omnes ſex ſolutiones aequationis ſecundae praebeant valores duplices irrationales.

§. 8. Omnes hi caſus viginti quatuor, qui in quatuor iſtis aequationibus continentur, poſſunt in ipſa praxi geodaetica occurrere, quando campi, agri vel ſtagni cujusdam ichnographia ex peripheria eſt conficienda, dum neque omnes anguli, neque omnia latera propter obſtacula varia aeque facile menſurae ſubjici poſſunt. Sunt autem hi caſus viginti quatuor, nequaquam omnes; ſed illi ſoli qui occurrere poſſunt, quando res peragenda ſolum per angulos et latera. Quod ſi vero triangulum per diagonalem in duo triangula diſpeſcatur, multis modis data et quaeſita ſic disponi poſſunt, ut neutrum triangulum, ſed ut ambo triangula ſimul ſumenda ſint, ut ex iis, quae in utroque ſimul data ſumuntur, ad quaeſitum pateat aditus, quae conditio efficit, ut illi caſus proprie loquendo non ad Trigono-

metri-

metriam, ſed ad Tetragonometriam pertineant, atque ideo ſibi proprias ſolutiones et difficultates habeant.

§. 9. Hos caſus a figura quinta usque ad quadrageſimam ſecundam repreſentavit Cl. Lambert, ut poſt laborioſam recenſionem ſe invenisse et in ordinem redegiſſe dicit. Quaelibet harum figurarum habet aequationem ſibi propriam, et cum in quavis ſex res occurrant, quarum quaelibet ut quaeſitum ſpectari poteſt: oriuntur hinc pro figuris triginta octo, ſexies triginta octo, hoc eſt 228 diverſi caſus, de quibus ſequentes fecit annotationes auctor. Nimirum in qualibet harum figurarum notantur ſex partes, quae aequationem ingredi debent, et pleraeque lineola ſignantur, quando autem occurrit totus angulus, per quem diagonalis tranſit, arculus adhibetur. In qualibet figura unus ad minimum horum angulorum integer occurrit, quo ipſo duo triangula a ſe invicem dependentia efficiuntur. Ex eadem ratione praeter diagonalem adeſt alter angulorum eidem adjacentium, aut etiam occurrit uterque; in neutro triangulo plura quam tria prorſus determinata eſſe debent, quoniam alias in uno triangulo determinantia nimis multa, in altero nimis pauca haberentur.

§. 10. Figuras eo ordine deſignauit auctor, quo ſunt recenſendae, quo ipſo earundem deſcriptio decurtatur. Angulus diagonalis inferior in omnibus occurrit, et praeterea quinque notantur partes; et cum multae permutationes ſint poſſibiles, ad eas in claſſes digerendas a diagonali eſt orſus, qui occurrit in figuris 5ta, uſque

A 3 ad

ad 25^{tam}, in ſequentibus autem non occurrit. Ambae claſſes principales totidem caſus continent, ſi primi quatuor caſus claſſi poſteriori annumerentur.

§. 11. Primam claſſem principalem dividit auctor in quatuor minores, quarum prima continet figuras 5^{tam}, 6^{tam}, 7^{mam}. Secunda continet figuras 8^{tavam}, 9^{nam}, 10^{mam} et habet eundem angulum in duos partiales per diagonalem diviſum, qui diverſa nomina ſortiuntur et ambo aequationem ingrediuntur. Tertia claſſis continet figuras, 11^{mam} uſque ad 19^{nam}, quae non habet niſi alterum horum angulorum. Quarta continet figuras 20^{mam} uſque ad 25^{tam} et habet neutrum; et quidem figura 20ma quatuor latera, figura 21ma, 22da tria latera et unum angulum. Figura 23^{tia}, 24ta, 25ta, duo latera et duos angulos.

§. 12. Secunda claſſis principalis, in qua diagonalis abeſt, iterum intuitu anguli ſuperioris ad diagonalem in duas claſſes ſubdividitur: unam a figura 26ta uſque ad 31^{am}, alteram a 32^{a} uſque ad 42^{am}; vel ſi ſpecialiter ſit procedendum in ſex claſſes ſubdividitur, quarum

I. continet	Fig.	26,	27,	28.
II. - -	Fig.	29,	30,	31.
III. - -	Fig.	32,	33,	34.
IV. - -	Fig.	35,	36,	37.
V. - -	Fig.	38,	39,	40.
VI. - -	Fig.	41,	42.	

Et hactenus fundamenta Tetragonometriae Cl. Lamberti, ipſius fere verbis recenſuimus niſi ubi aliquid majoris claritatis ergo paululum immutavimus vel adjecimus. Supereſt ut hanc ipſius recenſionem accuratiori examini ſubjiciamus.

§. 13.

§. 13. Ratiocinium Cl. Lambert, quo universam Tetragonometriam in duas classes principales, et priorem iterum in quatuor; posteriorem in duas vel etiam sex minores dispescuit, ita fere se habet. Quoniam angulus ad diagonalem inferior in omni casu adesse debet ut problema solvendum, non ad Trigonometriam, sed Tetragonometriam pertineat, in casu solvendo aut insuper adest diagonalis, aut non adest. Si prius obtinetur classis prior: nimirum Systema omnium problematum Tetragonometricorum, in quibus diagonalis in numero sex determinationum aequationem ingredientium continetur; Si posterius, habetur classis posterior, nimirum Systema omnium problematum, in quibus diagonalis non deprehenditur in numero sex illarum determinationum ex quibus aequatio conficitur.

§. 14. Sumo prius classem priorem examinandam, et in omni problemate hujus classis adsunt duae determinationes, nimirum; angulus combinationis et diagonalis; adest igitur praeterea angulus ad diagonalem superior vel prorsus abest, quae disjunctiva propositio classem priorem in duas subdividit, quarum prioris character est habere angulum ad diagonalem superiorem, posterioris, eodem prorsus carere. Igitur in omni problemate classis prioris habentur haec tria: diagonalis et angulus ad ipsam uterque, ita tamen ut superior nondum sit satis determinatus, cum adesse possit indivisus vel divisus. Si prius; obtinetur prima classis earum quatuor, in quas auctor priorem principalem dispescuit, quare in omni problemate hujus classis adsunt tres determinationes, scilicet angulus combinationis, dia-

gonalis et angulus ad ipſum ſuperior indiviſus, quae aequationem ingredi debent, reliquis tribus nondum determinatis. Haec autem tria ad utrumque triangulum eodem modo referuntur, nimirum angulus uterque ad neutrum triangulum pertinet, diagonalis ad utrumque. Verum tres determinationes reliquae inter duo triangula ſic erunt tribuendae, ut facta determinatione in uno triangulo non adſint niſi tria determinata, diagonali connumerata; et in altero non pauciora quam duo, diagonali etiam ad ipſum relato. Sic enim ſex habentur determinationes, quae aequationem ingrediuntur.

§. 15. Sumatur jam triangulum alterutrum ex. gr. ſiniſtrum (arbitrarium enim omnino eſt utrumvis triangulum ad hoc eligatur) et in ipſo fiant duae determinationes. Tria in utroque triangulo adſunt, nimirum duo latera et angulus interceptus, quae primo certe intuitu adhiberi poſſe videntur, et conſequenter tres determinandi modi poſſe uſurpari combinando ſingula bina, ſcilicet vel duo latera, vel latus ſuperius et angulum, vel etiam latus ſiniſtrum et angulum. Sed re attentius perpenſa non habentur niſi duo determinandi modi, qui poſſint pro diverſis haberi et ad aequationes ſpecie diuerſas perducant, nimirum latus utrumque et latus alterutrum cum angulo intercepto; quippe quemadmodum latus ſuperius et angulus adjacens reſpiciunt angulum combinationis inferiorem; ita latus ſiniſtrum et idem angulus reſpiciunt angulum totalem ſuperiorem; atque ideo hi caſus rectius confunduntur in unum, cum ad aequationes diverſas non perducant.

§. 16.

§. 16. Ex duobus itaque determinandi modis in triangulo finiſtro, aſſumatur prior, puta latera duo, et additio ſextae determinationis e triangulo dextro fieri nequit niſi duobus modis, ſumendo ſcilicet vel angulum vel latus alterutrum; Sumtio enim lateris dextri et infimi, non ducit ad aequationes formaliter diverſas, cum utrumque latus ad angulos diagonaliter oppoſitos ſimiliter referatur, quare ſumtio lateris dextri et infimi rectius confunduntur in unum. Sumtio itaque amborum laterum in triangulo ſiniſtro, non ſuppeditat niſi duos caſus, quos exhibent figurae quinta et ſeptima. Jam in eodem triangulo aſſumatur modus determinandi alter, ſcilicet latus alterutrum cum angulo, atque ſtatim patet, omittendum eſſe angulum in triangulo dextro, niſi enim omitteretur quatuor in aequatione forent anguli, quod fieri non debere author inde ab initio monſtravit. Ergo ſexta determinatio in dextro triangulo ſumenda eſt, latus alterutrum, neque enim ob rationes modo allatas ſumtio lateris dextri et infimi ad aequationes ſpecie diverſas perducit. Ex hac itaque ſumtione oritur caſus tertius, quem figura ſexta repraeſentat. In hac itaque prima claſſe, in qua diagonalis et anguli diagonaliter oppoſiti adſunt, tanquam character ſpecieficus, tres tantum continentur caſus, qui ad aequationes formaliter et ſpecie diverſas perducunt.

§. 17. Habuimus claſſem in qua angulus ad diagonalem ſuperior adeſt indiviſus, examinemus jam eam, in qua adeſt diviſus, quae in duas denuo ſubdividitur, in quarum prima adeſt uterque partialis, in altera tantum alteruter. Sumamus

mus primo priorem, et apparet ſtatim quatuor haberi determinationes, nimirum angulum combinationis, diagonalem et utrumque partialem ſuperiorem ad diagonalem. Itaque duae deſunt, quas ita ſumendas eſſe patet, ut una in dextrum altera in ſiniſtrum triangulum cadat. Primo certe intuitu duo latera quatuor modis ſumi poſſe videntur, nimirum. 1) Latera conjuncta circa angulum combinationis. 2) Conjuncta circa angulos partiales. 3) Disjuncta ſupremum et infimum, 4) Disjuncta dextrum et ſiniſtrum. Sed re accuratius perpenſa ultimi duo caſus non ducunt ad aequationes formaliter et ſpecie diverſas, propterea quod bina latera hoc modo ſumta, angulum combinationis et partiales eodem modo reſpiciunt, itaque duo iſti caſus confunduntur in unum hoc modo enunciandum, ut dicatur, eſſe is, qui obtinetur ſumendo latera disjuncta. Adeoque tres tantum obtinentur caſus, qui claſſem ſecundam ſub priori generali contentam ſecundum Cl. Lambert abſolvunt et figûris 8va 9na et 10ma repraeſentantur. Sed hic auctor unum caſum omiſiſſe videtur, qui prodit ſumendo latus utrumvis in triangulo uno, et angulum diagonali oppoſitum in triangulo altero, quem caſum an recte rejiciat poſtea diſpiciam.

§. 18. Abſoluto examine ſecundae claſſis ſub priore generali contentae, pervenimus ad tertiam, cujus hic eſt character, quod alter tantum adſit angulus ad diagonalem ſuperior, arbitrarium vero omnino eſt in utrovis triangulo ſumatur. Capiatur ergo in dextro uti fecit Cl. Lambert, jam tres habentur determinationes, deficientibus aliis tribus, quarum duae ſumendae ſunt in triangulo ſini-

ſiniſtro, cum duae habeantur, quae poſſunt ad dextrum referri, ſcilicet diagonalis et angulus partialis, ſed non niſi una, quae poſſit ad ſiniſtrum referri, puta eadem diagonalis. Primo quidem intuitu quatuor ſumtiones adhiberi poſſe videntur, 1) trium laterum, 2) duorum laterum et anguli unius, 3) duorum angulorum et lateris unius, 4) denique trium angulorum, puta duorum diagonaliter oppoſitorum et tertii partialis ad diagonalem ſuperioris. Sed quia hic ex hac claſſe excluditur, ſumtio quarta locum non habet. Sumantur ergo primo tria latera, et quidem duo in triangulo ſiniſtro, unum in dextro, ergo ſumi poteſt vel dextrum, quem caſum exhibet fig. 12^{ima}, vel infimum, quem repraeſentat fig. 15ta Sunt autem hi caſus revera diverſi, quia poſitio lateris ad angulum combinationis eſt diverſa, atque ideo ad aequationes formaliter et ſpecie diverſas deducunt. Sumatur ſecundo in triangulo ſiniſtro latus ſuperius cum angulo et cum hac ſumtione conjungatur latus dextrum vel infimum in triangulo dextro, quos caſus repraeſentant figurae 11. et 14. Sumatur tertio latus infimum cum angulo, cum qua ſumtione combinetur, ut prius, latus alterum in dextro triangulo, quos caſus exhibent fig. 13ta et 16ta. Singulis ſumtionibus in triangulo ſiniſtro jungenda reſtat ſumtio anguli, qui diagonali opponitur in dextro, quos tres caſus exhibent figurae 17ma, 18va, 19na, atque ita in univerſum novem caſus in claſſe tertia continentur, ſub principali priori comprehenſa.

§. 19. Hae fuere tres claſſes ſub priore principali contentae, in quibus angulus ad diagona-

gonalem ſuperior adeſt totaliter vel partialiter; ſupereſt claſſis quarta, in qua prorſus abeſt, habentur ergo duae determinationes, nimirum, angulus combinationis et diagonalis, deficientibus quatuor, quarum binae in utroque triangulo ſumendae. Scilicet vel quatuor laterum, quem caſum exhibet fig. 20ma vel trium laterum et anguli unius; et ſic in triangulo ſiniſtro ſumtis duobus, ſumi poteſt vel dextrum vel infimum in dextro triangulo, una cum angulo adjacente, quos duos caſus exhibent fig. 21ma, 22da. Sumtio duorum laterum in triangulo dextro et lateris tertii cum angulo in ſiniſtro, non perducunt ad caſus a prioribus formaliter et ſpecie diverſos, quandoquidem latus cum angulo adjacente in utroque triangulo eodem modo refertur ad angulum combinationis. Poſſunt denique ſumi duo latera et duo anguli, qui diagonali opponuntur, et quidem vel latera conjuncta circa angulum combinationis, vel conjuncta circa angulum ſuperiorem ad diagonalem, vel denique duo latera disjuncta, quae ſumtio primo intuitu in duas ſubdividi poſſe videtur, cum disjunctiva ſint latera vel ſupremum et infimum vel etiam dextrum et ſiniſtrum. Sed haec ſubdiviſio non perducit ad aequationes formaliter et ſpecie diverſas, quare hi caſus rectius confunduntur in unum, unde tres obtinentur caſus, qui repraeſentantur figuris 23ta, 24ta et 25ta. Igitur ſex caſus continet claſſis quarta ſub priore principali contenta, cujus nunc examen ad umbilicum perductum.

§. 20. Claſſis principalis poſterior ſubdividitur, ſumendo determinationes ſpecificas ab angulo

gulo ſuperiore; etenim ex numero ſex illarum determinationum quae ſemper adeſſe debent, exulante diagonali, vel uterque vel alter tantum adeſt angulus partialis, non enim amplius in hac claſſe ponere licet, eundem adeſſe indiviſum, cum hac ratione rediret res ad duos angulos diagonaliter oppoſitos et quatuor latera, qui caſus erat omnium primus figura prima repraeſentatus. Neque jam ſumere licet eundem angulum abeſſe totaliter, ſic enim recurret ille caſus, in quo habentur duo anguli adjacentes et omnia latera, qui caſus figura ſecunda fuit exhibitus. Sumatur ergo jam primum, uterque angulus partialis adeſſe, ut una cum angulo combinationis tres determinationes habeantur. Ad tres determinationes, quae deſiderantur ſupplendas, ſumi poſſunt vel latera tria, vel latera duo vel angulus unus. Videtur addi poſſe ſumtio duorum angulorum et lateris unius, ſed hanc ſumtionem adhibere non licet, ſic enim omnes anguli in quadrilatero ſimul adhiberentur, quod fieri non debere auctor inde ab initio monſtravit. Sumantur ergo primo tria latera, in dextro quidem triangulo duo, in ſiniſtro unum; ita tamen ut arbitrarium omnino ſit, in utrovis binarius ſumatur; cum haec diverſitas ad aliquam aequationum differentiam formalem non deducat; ſumtis ergo duobus lateribus in dextro, ſumi poteſt vel ſupremum vel ſiniſtrum in ſiniſtro, quos duos caſus exhibent figurae 27ma et 30ma. Adhibeantur ſecundo latera duo, & angulus unus, ſumendo in dextro triangulo latus unum cum angulo adjacente, et quidem vel dextrum vel infimum. Fiat ſumtio prior, et in ſiniſtro ad-

adhibeatur ſumtio lateris alterutrius, quos duos caſus exhibent figura 28va et 31ma; fiat ſumtio poſterior, et ut prius addi poteſt ex ſiniſtro triangulo latus alterutrum, quos caſus exhibent figurae 26ta et 29na. Videtur quidem eadem ſumtio lateris cum angulo adhiberi poſſe in triangulo ſiniſtro, addendo ſumtionem lateris alterutrius in dextro; verum hae ſumtiones non perducunt ad aequationes formaliter et ſpecie diverſas, quia latera cum angulo adjacente eodem modo reſpiciunt angulum combinationis et partialem ad diagonalem ſuperiorem. In hac itaque claſſe, in qua ponitur, uterque partialis ad diagonalem ſuperior adeſſe, ſex continentur caſus, nec plures eſſe poſſunt.

§. 21. Supereſt claſſis poſterior, ſub altera principali tanquam partialis contenta, cujus hic eſt character, quod alter tantum adſit angulus partialis ad diagonalem ſuperior, qui ſumi poteſt vel in dextro vel in ſiniſtro triangulo, ſed arbitrarium eſt in utrovis ſumatur. Sumatur ergo in dextro, quo ſumto, quatuor deſunt determinationes, quarum binas in utroque ſumendas eſſe patet; poſſunt ergo ſumi quatuor latera, quem caſum exhibet fig. 39na vel tria latera et unus angulus. Sumantur ergo duo latera in triangulo ſiniſtro, cui ſumtioni jungatur in dextro ſumtio lateris alterutrius cum angulo, quos caſus exhibent figurae 33^{a} et 36^{a}; poſſunt etiam ſumi duo latera et anguli duo, qui diagonali opponuntur; ex quo ſequitur unum in triangulo ſiniſtro eſſe ſumendum et cum ipſo latus alterum conjungendum. Quod ſi ergo ſumatur latus alterutrum cum angulo in ſiniſtro, et jungatur huic ſumtioni

latus

latus alterutrum cum angulo in dextro, quatuor oriuntur casus, quos exhibent figurae 32da, 34ta, 35ta, 37^{ima}. Sumta sunt prius tria latera et angulus unus, sed ita, ut latera duo sumta fuerint in sinistro triangulo. Ad latus reliquum cum angulo in dextro potest vero eadem sumtio repeti sine confusione ac identitate casuum, et id quidem ita, ut jam duo latera sumantur in dextro, latus vero cum angulo in sinistro, et quidem vel dextrum cum angulo, vel etiam supremum cum angulo, quos casus exhibent figurae 38va et 40ma. Denique tria latera et angulus unus ita sumi possunt ut tres determinationes, hoc est latera duo cum angulo intercepto cadant in triangulum sinistrum, reliqua determinatio scilicet latus in dextrum, et quidem vel in infimum vel in dex trum, quos duae figurae ultimae 41ma et 42da repraesentant. Caeterum hic videtur Cl. Lambert casum unum omisisse, qui oritur, si, quemadmodum prius sumantur in sinistro duo latera cum angulo intercepto, atque huic sumtioni jungatur sumtio anguli in dextro; num autem hic casus recte sit praetermissus infra dispiciam.

§. 22. Classem principalem posteriorem Clariss. Lambert etiam aliter disposuit, divisione facta in sex classes minores, et ut prius ponendo utrumque angulum partialem adesse. Pro tribus determinationibus, quae desiderantur, sumit duas in triangulo dextro, in sinistro unam, et quidem primo latus superius, quo sumto, duae determinationes tribus modis sumi possunt in dextro, vel enim accipitur latus suppremum cum angulo, vel latus utrumque, vel denique latus dextrum cum angulo, quos casus repraesentant.

fig.

fig. 26ta, 27ma, 28va, atque his tribus casibus absolvitur classis prima. Secundam classem determinat sumtione lateris sinistri in triangulo sinistro, cum qua sumtione conjunguntur ut prius tres sumtiones in dextro, hi tres casus, quibus secunda classis absolvitur, exhibentur figuris 29na, 30ma, 31ma. Atque haec erat subdivisio classis prioris duarum sub una principali contentarum. Classis posterior, in qua non adest nisi alter partialis in dextro triangulo, harum primum determinat sumendo latus cum angulo in dextro triangulo, cumqua sumtione conjungit latus alterutrum cum angulo, vel etiam utrumque in sinistro, quos casus exhibent figurae 32da, 33ta, 34ta quibus absolvitur tertia classis minor, prima vero earum quatuor, quae sub ea classe continentur, in qua non habetur nisi alter angulus ad diagonalem partialis. Quartam classem determinat sumendo in dextro latus supremum cum angulo, et cum hac sumtione combinando easdem ac prius determinationes, quos casus repraesentant figurae 35ta, 36ta 37ma, atque haec est secunda classis quatuor posteriorum. Quintam classem auctor determinat sumendo in triangulo dextro duo latera, et cum hac sumtione eadem ac ante in sinistro combinando, quos casus exhibent figurae 38va, 39na, 40ma quibus absolvitur tertia classis, sub posteriore contentarum, alterum partialem habente. Sextam denique classem determinat, sumendis in triangulo sinistro tribus determinationibus, et cum hac sumtione combinando latus alterutrum in triangulo dextro, quos duos casus exhibent duae ultimae figurae, atque haec est quarta ultimaque classis earum quatuor, quae continentur sub

ſub claſſe poſteriore unum angulum ad diagonalem partialem habente.

§. 23. Ita ſe ergo habent fundamenta Tetragonometriae, quae poſuit Clariſſ. Lambert, atque inſtituto examine, nihil habeo validum et momentoſum, quod ipſi opponam, niſi forte ſint tres illi caſus ſupra (§. 17. 21.) memorati, ab eo forte non ſatis recte praetermiſſi. Illud profecto mihi certum, hos caſus deducere ad aequationes formaliter et ſpecie diverſas; cur autem eas omiſerit auctor, cauſam videre non poſſum, niſi forte putarit, aequationes iſtas fore in Tetragonometria prorſus inutiles, id eſt inter ſex illos caſus, qui in aequatione tetragonometrica continentur, nullum eſſe Tetragonometriae proprium; ſed ſolvi trigonometrice expeditius, quod an ita revera ſe habeat, in progreſſu hujus tractatus diſpiciam, cum numerus et ordo problematum me eo deduxerit.

Sunt autem problemata tetragonometrica duorum generum, unum genus eſt eorum problematum, quae methodo tetragonometricae ita ſunt propria, ut trigonometrice proprie loquendo minime ſolvantur; alterum genus eſt eorum, quae Tetragonometriae propria non ſunt; ſed utrique methodo et tetragonometricae et trigonometricae ſubſunt, et id quidem ita, ut plerumque brevius et expeditius trigonometrice quam tetragonometrice ſolvantur.

Prioris generis problemata recte vocantur tetragonometrica primaria; poſterioris generis ſecundaria. Caeterum omnia problemata tetragonometrica ſub hoc uno generaliſſimo

comprehenduntur: in figura quadrilatera rectilinea, ex datis quinque construere figuram.

§. 24. Caeterum dedit auctor tantum quatuor aequationes, pro quatuor primis casibus, in quibus figura ex perimetro et angulis est construenda, quas nudas proposuit, non ostensa methodo ad ipsas perveniendi, neque quicquam ex iis concludendo. Igitur ab ovo ordiendum putavi, et has quatuor aequationes, tanquam abessent denuo inveniendas; ut modus ad eas perveniendi appareret. Sed ut supra dictum, in numerum illarum determinationum quae aequationes ingrediuntur, nihil admittitur praeter quatuor latera et angulos, in quorum numero sunt duo partiales ad diagonalem, nisi ipsa diagonalis. Possunt enim longe plures determinationes adhiberi, quibus adhibitis, numerus problematum in magnam multitudinem excresceret. Verum quemadmodum in Trigonometriam stricte sic dictam, nullae determinationes admittuntur praeter angulos et latera; ita etiam in Tetragonometria non adhibentur determinationes nisi modo dictae. Atque sicuti in theoria triangulorum, adhibitis aliis determinationibus quam angulis et lateribus, scientia illa potius Trigonoscopia quam Trigonometria nuncupatur: ita etiam Tetragonometria, pluribus aliis determinationibus adhibendis rectius Tetragonoscopia dicitur.

CAPUT

CAPUT II.

De quatuor primis casibus Tetragonometriae V. C. Lambert, in quibus figura ex perimetro et angulis est construenda.

Definitiones.

§. 25. Tetragonometria est scientia ex quinque in quadrilatero rectilineo datis, sextam determinationem inveniendi. Angulus combinationis vel connexionis est angulus ad diagonalem inferior finistimus, qui semper ut indivisus consideratus utrumque triangulum connectit.

Scholion.

§. 26. Ex Geometria elementari lectori notum supponitur, figuram quadrilateram rectilineam ex datis quinque determinationibus, angulis, lateribus et diagonali sufficienter determinari et construi posse. Sed arbitrarium omnino est angulum ad diagonalem inferiorem, pro angulo combinationis eligere; verum commoditas positionis respectu figurae et oculi intuentis suadet, ut prae caeteris eligatur. In toto vero hoc tractatu, angulos arculis, latera et diagonalem, commate designo. In toto hoc capite denominationes Clariss. Lambert retineo, et in principio angulos, qui aequationem ingredi debent, cum illo semper acutos adhibeo.

Problema I.

Fig. I. §. 27. In figura quadrilatera $ABCD$, inter quatuor latera: $AA=a$, $BC=b$, $CD=d$, $AD=c$, et angulos diagonaliter oppoſitos $B=\omega$, et $D=\psi$, aequationem invenire

Solutio.

1) Inter angulos reliquos A et C, ducatur diagonalis AC, a cujus extremis in latera AB, et CD, demittantur normales Cc et Aa.

2) Cum utrumque triangulum ſit acutangulum per hypotheſin et conſtructionem; patet, per Euclidis Elem. II. 2. eſſe $AB^2+BC^2-2AB.BC=AC^2=AD^2+CD^2-2CD.aD$.

3) Cum ſit $BD=b\ cos.\ \omega$ et $aD=c\ cos.\ \psi$; erit, ſymbolis ſubſtitutis, $a^2+b^2-2ab\ cos.\ \omega = c^2+d^2-2cd\ cos.\ \psi$, ipſa aequatio Lambertiana, et facta transpoſitione $a^2+b^2-c^2-d^2=2ab\ cos.\ \omega-2cd\ cos.\ \psi$ ut ſupra §. 6. *Q.E.J.*

Coroll. I.

§. 28. Cum omnia latera aequationi eodem modo inſint, etiam omnia per aequationes quadraticas affectas ſimiliter exprimuntur, hoc modo,

$AB=a=\pm b\ cos.\omega+\sqrt{(c^2+d^2\mp 2cd\ cos.\psi-b^2 fin.\omega^2)}$

$BC=b=\pm a\ cos.\omega+\sqrt{(c^2+d^2\mp 2cd\ cos.\psi-a^2 fin.\omega^2)}$

$CD=d=\pm c\ cos.\psi+\sqrt{(a^2+b^2\mp 2ab\ cos.\omega-c^2 fin.\psi^2)}$

$AD=c=\pm d\ cos.\psi+\sqrt{(a^2+b^2\mp 2ab\ cos.\omega-d^2 fin.\psi^2)}$

Scholion I.

§. 29. Si angulus extra ſignum radicale ſit obtuſus, ſigno negativo utendum; at ſi obtuſus exiſtat

existat angulus sub signo radicali, hoc est si triangulum obtusangulum sit, signum affirmativum adhibendum. Signa radicalia negativa ut inutilia rejiciuntur.

Coroll. II.

§. 30. Pro angulis determinandis est

$$\cos.\ \omega = \frac{a^2+b^2-c^2-d^2 \pm 2cd\cos.\psi}{2ab} \text{ nec non}$$

$$\cos.\ \psi = \frac{c^2+b^2-a^2-b^2 \pm 2ab\ \cos.\omega}{2cd} \text{ et hinc}$$

$$\omega = \text{ang. } \cos.\frac{(a^2+b^2-c^2-d^2+2cd\cos.\psi)}{2ab} = B$$

$$\psi = \text{ang. } \cos.\frac{(c^2+d^2-a^2-b^2 \pm 2ab\ \cos.\omega)}{2cd} = D.$$

Coroll. III.

§. 31. Quod si in figura quadrilatera proposita duo anguli diagonaliter oppositi sint aequales duobus rectis, et consequenter figura circulo inscriptibilis, erit

$$\cos.\ \omega = \frac{a^2+b^2-c^2-d^2}{2(ab+cd)} \text{ et } \cos.\psi = \frac{c^2+d^2-a^2-b^2}{2(ab+cd)}$$

ut posterior sit prior negative sumtus, existente affirmativa expressione anguli acuti; obtusi negativa, sit $a^2+b^2=A^2$, $c^2+d^2=B$. ut sit

$$\cos.\ \omega = \frac{A^2-B^2}{2(ab+cd)} = \frac{(A+B)(A-B)}{2(ab+cd)} \text{ quae expres-}$$

sio sequens suppeditat.

 Theo-

Theorema.

In quadrilatero circulo inſcriptibili, dupla ſumma rectangulorum ex lateribus angulos diagonaliter oppoſitos continentibus, eſt ad rectangulum ex ſumma et differentia diagonalium eorundem, ut ſinus totus ad coſinum anguli intercepti.

Scholion II.

§. 32. Inter ſex illos caſus, qui in hac aequatione tetragonometrica continentur, nullus datur Tetragonometriae proprius, qui non facilius et ſimplicius trigonometrice ſolvatur, ita ut in caſibus omnibus Trigonometria Tetragonometriae palmam praeripiat. Nam ſi Ichnographia figurae ſit conficienda et tres anguli propter impedimenta quaedam obſervari nequeant, ex uno angulo obſervato et lateribus omnibus datis, ſemper trigononometrice figura conſtrui poteſt, et id quidem facilius et ſimplicius quam tetragonometrice. Idem obtinet, ſi ex duobus angulis obſervatis et tribus lateribus datis figura ſit conſtruenda, itaque conſtructiones hujus problematis tetragonometricas omitto, et ad ſequens problema feſtino.

Problema II.

Fig. II. 1. §. 33. In figura quadrilatera $ABCD$ inter quatuor latera $AB=a$, $BC=b$, $CD=d$, et $AD=c$, et angulos duos adjacentes lateri AB, $B=\omega$, et $A=\varphi$, aequationem invenire

Solutio.

Solutio.

1) Ab angulis C et D, in latus AB, demittantur normales Cc et Da, et ab angulo D demittatur normalis Dd in perpendiculum Cc, et erunt per principia geometrica Cc et Da inter se parallelae et recta Dd aequalis rectae ca.

2) Quoniam est $BC = b \cos.\omega$, et $Aa = c \cos.\varphi$; erit $ac = a - b \cos.\omega - c \cos.\varphi = Dd$ et quia est $Cc = b \sin.\omega$, atque $Da = c \sin.\varphi$, erit $Cd = b \sin.\omega - c \sin.\varphi$.

3) Quia angulus aDd rectus est, et consequenter triangulum CdD rectangulum; erit per theorema Pythagorae $CD^2 = Cd^2 + Dd^2$, ut substitutis symbolis habeatur,
$d^2 = (a - b \cos.\omega - c \cos.\varphi)^2 + (b \sin.\omega - c \sin.\varphi)^2 = a^2 - 2ab \cos.\omega + b^2 \cos.\omega^2 - 2ac \cos.\varphi - 2bc \sin.\omega \sin.\varphi + 2bc \cos.\omega \cos.\varphi + c^2 \sin.\omega^2 + c^2 \cos.\omega + b^2 \sin.\omega$.
sed cum per principia analytica trigonometrica sit $\sin.\varphi^2 + \cos.\varphi^2 = \sin.\omega^2 + \cos.\omega^2$, et $\cos.\omega \cos.\varphi - \sin.\omega \sin.\varphi = \cos.(\omega + \varphi)$; factis substitutionibus aequatio in hanc contrahitur: $d^2 = a^2 + b^2 + c^2 - 2ab \cos.\omega - 2ac \cos.\varphi + 2bc \cos.(\omega + \varphi)$ adeoque habetur ut supra (§. 6.) $a^2 + b^2 + c^2 - d^2 = 2a(b \cos.\omega + c \cos.\varphi) - 2bc \cos.(\omega + \varphi)$ ipsissima aequatio Clariss. Lambert.

Coroll. I.

§. 34. Ex hac aequatione obtinentur singula latera per aequationes quadraticas affectas hoc modo

latus $AB == a == \pm b \cos. \omega \pm c \cos. \varphi \pm$
$\pm \surd (d^2 - (c \sin. \varphi - b \sin. \omega)^2)$
$BC == b == \pm a \cos. \omega \pm c \cos. (\omega + \varphi)$
$\pm \surd (d - (a \sin. \omega - c \sin. (\omega + \varphi))^2)$
$AD == c == \pm a \cos. \varphi \mp b \cos. (\omega + \varphi)$
$\pm \surd (d^2 -- (a \sin. \varphi -- b \sin. (\omega + \varphi))^2)$
$CD == d == \surd (a^2 + b^2 + c^2 \pm 2b (c \cos. (\omega + \varphi)$
$\mp a \cos. \omega) \mp 2ac \cos. \varphi)$

Scholion I.

§. 35. Inter ſex illos caſus ſive quaeſtiones, quae in aequatione tetragonometrica continentur, non datur niſi una Tetragonometriae propria, quae tunc occurrit, quando ex tribus datis lateribus et angulis duobus quaeritur latus illud cui adjacent, et hic conſtructio figurae tetragonometrice fit; caeteri omnes parum habent momenti, et expeditius trigonometrice conſtruuntur. Sed etiamſi per Trigonometriam hic caſus non conſtruatur, tamen per Geometriam elementarem independenter a Tetragonometria tam ſimpliciter conſtruitur, ut cum conſtructione Tetragonometriae de ſimplicitate certet.

Conſtructio tetragonometrica eſt hujus modi:

Fig. II. 2. 1) Ducatur recta MN aequalis lateri dato CD, et ſuper ea conſtruatur ſemicirculus.

2) Transferantur anguli dati B et A in M et N, et producantur crura datorum angulorum donec productae rectae MP et NQ ſint aequales datis lateribus BC et AD, et ab extremis in rectam MN demiſſis perpendiculis PT et QV, quorum hoc eſt $= c \sin. \varphi$, illud $= b \sin. \omega$, capiatur

tur eorum differentia $PR = c\,\mathit{fin}.\,\varphi - b\,\mathit{fin}.\,\omega$, et ab extremo diametri applicetur chorda MO ipſi aequalis, et ducatur chorda complementi $NO =$ $= \surd(d^2 - (c\,\mathit{fin}.\,\varphi - b\,\mathit{fin}.\,\omega)^2)$.

3) Jam in linea indefinita AB capiatur ac $= NO$, et in punctis a et c excitentur normales cC, aD, antea inventis perpendiculis PT et QV aequales, a quorum extremis C et D ad lineam indefinitam AB applicentur latera data BC et AD, et connectantur puncta, C et D, et conſtructa erit figura tetragonometrice. Eſt enim vi conſtructionis $cB = b\,cos.\,\omega$, $aA = c\,cos.\,\varphi$ et $ca = \surd(d^2 - (c\,\mathit{fin}.\,\varphi - b\,\mathit{fin}.\,\omega)^2)$ et conſequenter erit latus quaeſitum $AB =$ $= a = b\,cos.\,\omega + c\,cos.\,\varphi + \surd(d^2 - (c\,\mathit{fin}.\,\varphi - b\,\mathit{fin}.\,\omega)^2)$ Ex conſtructione patet ſignum radicale negativum eſſe rejiciendum, ſed pro coſinibus ſigna affirmativa valent, ſi anguli ſint acuti; quod ſi vero ſint obtuſi, negativa valebunt, quo in caſu poſitio contraria illius cB, et aA in linea ac ſumitur, hoc eſt, ab eadem ſubtrahuntur; et uno angulo ex. gr. B, acuto, altero A obtuſo exiſtente cB lineae ac additur, aA vero ab eadem ſubtrahitur. Fig. II. 3.

Scholion II.

§. 36. Haec erat conſtructio, quam Tetragonometria ſuppeditat; ſed altera quam Geometria elementaris ſine Tetragonometriae ſubſidio ſuppeditat talis eſt.

1) In linea indefinita Ba fac angulum $CBa =$ angulo dato B, ejusdemque anguli crus BC aequale lateri dato BC. Eodem modo Fig. II. 4.

 con-

conſtituatur angulus datus A verſus finem lineae Ba, ita ut ſit daB aequalis angulo dato A, et fiat crus ad aequale dato lateri AD.

2) Poſito circino in C extendatur ad diſtantiam dati lateris CD, et ducatur arcus EF indefinite intra latera data BC et ad, vel etiam ſi placet integer ſemicirculus.

3) Per punctum d uſque ad arcum EF ducatur recta GH lineae Ba parallela, et a puncto interſectionis D ad C ducatur recta DC; quo facto per punctum interſectionis D agatur AD parallela lineae ad et conſtructa erit figura quaeſita $ABCD$. Cum enim Dd per conſtructionem ſit parallela Aa vel aB, et AD rectae ad, erit angulus BAD aequalis angulo Bad, et AD aequalis ad. Sed per conſtructionem eſt CD aequalis lateri dato tertio, conſequenter figura conſtructa ea eſt, quae quaerebatur. Caeterorum caſuum, cum trigonometrice facilius fere expediantur, conſtructiones omitto. Si quis autem ſcire velit quomodo anguli ex aequatione eruantur et exprimantur, et ex. gr. quaeratur angulus $B=\omega$, tum ad abbreviandum poſito $\text{ſin.}\,\varphi=m$, $\cos.\,\varphi=n$, et $a^2+b^2+c^2-d^2-2acn = M^2$, $\text{ſin.}\,\omega = x$ et $\cos.\,\omega = \sqrt{(1-x^2)}$ factis ſubſtitutionibus obtinetur haec aequatio

$$x = \frac{M^2cm \pm (a-cn)\sqrt{(4b^2(a^2+c^2-2acn)-M^4)}}{2b\,(a^2+c^2-2acn)} = \text{ſin.}\,\omega$$

et cum uterque angulus aequationi ſimiliter inſit, anguli etiam φ ſinus ſimili aequatione exprimitur.

Pro-

Problema III.

§. 37. In propofita figura quadrilatera $ABCD$, inter haec fex, latus $AB=a$ $AD=c$, $CD=d$, angulum $A=\varphi$, $B=\omega$, et $C=\lambda$; aequationem invenire Fig. III. 1.

Solutio.

1) Ab angulo A in latus BC, demittatur normalis Ab, quae igitur erit $= a\ fin.\ \omega$, et ab angulo D in idem latus perpendicularis $Dc = d\ fin.\ \lambda$.

2) Ab angulo D demittatur etiam normalis in perpendiculum Ab, et erit Ad differentia perpendiculorum Ab et Dc per principia geometrica, et confequenter $= a\ fin.\ \omega - d\ fin.\ \lambda$.

3) Per punctum A agatur lateri BC parallela, et producatur ad ipfam cD, et erit per principia Geometriae elementaris $cg = Ab$, et praeterea angulus $DAg = \pi - \omega - \varphi$, et confequenter $fin.\ DAg = fin.\ (\omega+\varphi)$ et hinc $Dg = Ad = c\ fin.\ (\omega+\varphi) = a\ fin.\ \omega - d\ fin.\ \lambda$, adeoque habetur haec aequatio Lambertina. $a\ fin.\ \omega = c\ fin\ (\omega+\varphi) + d\ fin.\ \lambda$. Q. E. I.

Coroll. I.

§. 38. Ex hac aequatione fimpliciffima valores laterum ftatim obtinentur, cum fit

$$\text{latus } AB = a = \frac{c\ fin.(\omega+\varphi) + d\ fin.\ \lambda.}{fin.\ \omega}$$

$$AD = c = \frac{a\ fin.\ \omega - d\ fin.\ \lambda.}{fin.(\omega+\varphi)}$$

$$DC = d = \frac{a\ fin.\ \omega - c\ fin\ (\omega+\varphi)}{fin.\ \lambda}$$

Coroll.

Coroll. II.

§. 39. Sed anguli hoc modo exprimuntur, cum ſit $fin. (\omega + \phi) = \frac{a\, fin.\, \omega - d\, fin.\, \lambda}{c}$, erit ſumma angulorum $\omega + \phi = Arc. \frac{(fin. \omega - d\, fin. \lambda)}{c}$ et conſequenter $\phi = Arc. \frac{fin. (fin.\, \omega - d\, fin.\, d)}{c} - \omega$.

Sed erit $fin.\, \lambda = \frac{a\, fin.\, \omega - c\, fin.\, (\omega + \phi)}{d}$ conſequenter $\lambda = Arc. \frac{fin. (a\, fin.\, \omega - c\, fin.\, (\omega + \phi))}{d}$

Coroll. III.

§. 40. Angulus vero ω, cum aequationi aliter inſit, hoc modo exprimi nequit. Sit igitur ad abbreviandum $fin.\, \phi = m$, $cos.\, \phi = n$, $fin.\, \lambda = l$, $fin.\, \omega = x$, $cos.\, \omega = \surd(1 - x^2)$ et factis ſubſtitutionibus habetur haec aequatio: $(a - c\, n)\, x - d\, l = c\, m \surd(1 - x^2)$ ex qua operatione abſoluta obtinetur haec aequatio,

$$x = \frac{d\, l\, (a - cn) \pm m\, c \surd(a^2 + c^2 - 2\, a\, c\, n - d^2 l^2)}{a^2 + c^2 - 2\, a\, c\, n}$$

Scholion I.

§. 41. Inter ſex illa problemata particularia, quae in aequatione continentur, non dantur niſi duo Tetragonometriae propria, quorum unum obtinet, quando ex reliquis quinque quaeritur angulus A, alterum ſi quaeratur latus eidem adjacens AD, et ex utrovis conſtructio figurae.

Caete-

Caetera quatuor utrique methodo et Tetragonometriae et Trigonometriae fubfunt; ita tamen ut trigonometrice fere facilius et naturalius folvantur; horum igitur omiffa conftructione, duorum Tetragonometriae propriorum adfero conftructionem, quae hoc modo adornatur.

1) Crus BA anguli B prolongetur donec fit aequale lateri dato $AB=a$, et ab extremo A demittatur in crus alterum Bm indefinite productum normalis $Ab=a\,fin.\,\omega$. Fig. III. 2.

2) In crure Bm ad diftantiam indefinitam Bm conftituatur angulus nmB aequalis angulo dato C et crus mn producatur donec fit aequale lateri dato CD.

3) Ab hujus extremo n in perpendiculum Ab, demiffa normali nd, fi angulus A quaeratur, detur vero latus AD, applicetur hoc in A ad perpendiculum modo demiffum, et in A conftructus erit angulus quaefitus; Si vero angulus A detur, conftituatur is in AB verfus dextram, et producatur crus AD ufque ad perpendiculum nd, et in utroque cafu per punctum concurfus D, acta parallela cum recta mn, conftructa erit figura. Nam ab D demiffum perpendiculum in $BC=d\,fin.\,\lambda$, et $Ad=a\,fin.\,\omega-d\,fin.\,\lambda$, fed, acta per A parallela lateri BC, et ad hanc producto perpendiculo cD, erit pars producta $=Dg=Ad=c\,fin.(\omega+\varphi)=a\,fin.\,\omega-d\,fin.\,\lambda$.

Problema IV.

§. 42. In propofita figura quadrilatera $ABCD$, inter tria latera $AB=a$, $BC=b$, $AD=c$, et tres angulos $A=\varphi$, $B=\omega$, et $D=\psi$; aequationem invenire Fig. IV. 1.

Solutio.

Solutio.

1) Ex angulis A et B in latus DC productum in c demitte normales Ad et Bc, per punctum A age lateri DC parallelam donec cum perpendiculo cB producto concurrat, et per principia Geometriae elementaris, erit Bb, normalis ad Ab, et recta $bc = Ad$, ex his sequitur angulum BAb esse $= \pi - \varphi - \psi$, cujus ergo sinus est $\mathit{fin.}(\varphi + \psi)$ et hinc $Bb = a\,\mathit{fin.}(\varphi + \psi)$

2) Cum sit angulus $C = 2\pi - \varphi - \omega - \psi$; erit $\mathit{fin.}\,C = -\mathit{fin.}(\varphi + \omega + \psi)$, consequenter erit $Bc = -b\,\mathit{fin.}(\omega + \varphi + \psi)$. Sed cum sit $Ad = c\,\mathit{fin.}\,\psi$; pervenitur ad hanc aequationem, $c\,\mathit{fin.}\,\psi = a\,\mathit{fin.}(\varphi + \psi) - b\,\mathit{fin.}(\omega + \varphi + \psi)$ quae est ipsa aequatio Clariss. Lambert.

Coroll. I.

§. 43. Ex hac aequatione omnia latera expedite obtinentur, cum sit

$$a = \frac{c\,\mathit{fin.}\,\psi + b\,\mathit{fin.}(\omega + \varphi + \psi)}{\mathit{fin.}(\varphi + \psi)} = AB$$

$$\text{et } b = \frac{a\,\mathit{fin.}(\varphi + \psi) - c\,\mathit{fin.}\,\psi}{\mathit{fin.}(\omega + \varphi + \psi)} = BC$$

$$\text{nec non } c = \frac{a\,\mathit{fin.}(\varphi + \psi) - b\,\mathit{fin.}(\omega + \varphi + \psi)}{\mathit{fin.}\,\psi} = AD$$

Coroll. II.

§. 44. Angulus B per hanc aequationem obtinetur $\omega = \mathit{ang.}\frac{(a\,\mathit{fin.}(\varphi + \psi) - c\,\mathit{fin.}\,\psi)}{b} - \varphi - \psi$.

Sed

Sed angulus D per tangentem obtinetur, ut ſit $tang.\,\psi = \frac{a\,fin.\,\varphi - b\,fin.\,(\omega+\varphi)}{c - a\,cos.\,\varphi + b\,cos.\,(\omega+\varphi)}$ et conſequenter ipſe angulus $\psi = ang.\,tang.\left(\frac{a\,fin.\,\varphi - b\,fin.\,(\omega+\varphi)}{c - a\,cos.\,\varphi + b\,cos.\,(\omega+\varphi)}\right)$

Coroll. III.

§. 45. Poſito ad abbreviandum $fin.\,\omega = m$, $cos.\,\omega = n$, $fin.\,\psi = h$. $fin.\,(\varphi+\psi) = x$, $cos.\,(\varphi+\psi) = \sqrt{(1 - x^2)}$, dato enim $fin.\,(\varphi+\psi)$, cum datus ponatur $fin.\,\psi$, datur etiam $fin.\,\varphi$, factis ſubſtitutionibus obtinetur haec aequatio abbreviata: $b\,m\,\sqrt{(1 - x^2)} = (a - bn)x - ch$, ex qua operatione abſoluta, obtinetur

$$x = \frac{ch(a-bn) \pm bm\sqrt{(a^2+b^2-2abn-c^2h^2)}}{a^2+b^2-2abn} = fin.(\varphi+\psi)$$

et conſequenter ipſe angulus

$$\varphi = ang.\,fin.\,\frac{((a-bn)\,ch \pm b\,m\sqrt{(a^2+b^2-2abn-c^2h^2)})}{a^2+b^2-2abn} - \psi$$

Coroll. IV.

§. 46. Quod ſi latera AB et CD ponantur eſſe parallela, ut prodeat trapezium parallelarum baſium, aequatio primo inventa mutatur in hanc: $c\,fin.\,\psi = b\,fin.\,\omega$, ex qua ſequitur haec analogia, $c : b = fin\,\omega : fin.\,\psi$, quae ſequens ſuppeditat.

Theorema.

In trapezio parallelarum baſium, latera parallelis intercepta ſunt reciproce ut ſinus angulorum diagonaliter oppoſitorum; cujus theorematis veritas ſynthetice ſtatim perſpicitur.

Scho-

Scholion I.

§. 47. Inter ſex problemata particularia, quae in aequatione tetragonometrica continentur, non eſt niſi unum Tetragonometriae proprium, quod tunc obtinet, cum ut incognitum quaeritur latus AB, et conſtructio figurae; caeteri quinque caſus fere facilius et expeditius trigonometrice ſolvuntur. Caſus autem Tetragonometriae proprii haec eſt conſtructio.

Fig. IV. 2. 1) Conſtituatur in D angulus datus ψ, et prolongetur crus unum DA ad longitudinem dati lateris AD, alterum vero indefinite verſus g et in puncto g conſtituatur angulus obtuſus trium datorum complementum ad quatuor rectos, cujus crus gf producatur ad longitudinem dati lateris BC.

2) Per hujus extremum f agatur lateri DC parallela, uſque ad latus AD, et in A conſtituatur angulus datus φ, cujus crus AB prolongetur ad concurſum cum ducta modo parallela.

3) Niſi punctum concurſus B inciderit in extremitatem rectae fg, per idem agatur parallela ad rectam fg, et conſtructa erit figura. Eſt enim $Ad = c$ *ſin.* ψ, et $Bc = -b$ *ſin.* $(\omega+\varphi+\psi)$, et acta lateri DC parallela per A, uſque ad productum perpendiculum bc, erit $Bb = a$ *ſin.* $(\varphi+\psi) = Aa$ conſequenter c *ſin.* $\psi = a$ *ſin.* $(\varphi+\psi) - b$ *ſin.* $(\omega+\varphi+\psi)$.

Scholion II.

§. 48. Pertractatis hucusque quatuor primis Tetragonometriae problematibus animadvertere coepi, aequationes ad quas pervenitur contemplando

plando ſaltim trapezium directum, quod utramque diagonalem includit, ſine omni immutatione haud univerſales eſſe, et pro trapezio ſive partialiter ſive totaliter inverſo non valere, niſi in angulis vel terminis vel etiam utrisque aliqua ſignorum commutatio contingat; ideoque conſtitui hic, ſicuti in ſequentibus problematibus, in adjecto ſcholio commonſtrare, quomodo aequationes immutandae ſint, ut pro trapezio non directo modo, verum etiam inverſo quocunque valeant et generaliſſimae fiant. Primam igitur aequationem Cl. Lambert quod attinet, illa quidem pro generali haberi poteſt, quae pro omni trapezio tam directo quam inverſo valeat, cum ex ipſa natura coſinus ſequatur, eum tam affirmativum quam negativum eſſe poſſe, tamen opus non eſt ut ſignum utrumque ſemper coſinui praeponatur; ſufficit enim id ſignum in aequatione exprimi, quod ex ſpecie figurae aſſumtae et aequationis reductione ſequitur, atque hac ratione aequationis primae Clariſſ. Lambert univerſalitas facile adſtruitur, quae utroque ſigno expreſſo ita ſe haberet:
$a^2 + b^2 - c^2 - d^2 = \pm 2\,ab\cos.\omega \mp 2\,cd\cos.\psi.$

Scholion III.

§. 49. Aequatio Cl. Lambert ſecundi problematis valet tantum pro trapezio directo, ſiquidem anguli A et B ſint ambo acuti, ſi vero in trapezio directo ambo hi anguli ſint obtuſi valet haec aequatio: $a^2 + b^2 + c^2 - d^2 = -2a\,(c\cos.\varphi + b\cos.\omega) - 2\,bc\cos(\omega + \varphi)$. Quod ſi angulus A ſit obtuſus, B vero acutus,

C habe-

habetur haec aequatio: $a^2 + b^2 + c^2 - d^2 =$
$= 2a\,(b\,cos.\,\omega - c\,cos.\,\phi) + 2bc\,cos.\,(\phi - \omega)$
Denique ſi angulus A ſit acutus, B vero obtuſus; valet haec aequatio: $a^2 + b^2 + c^2 - d^2 =$
$= 2a\,(c\,cos.\,\phi - b\,cos.\,\omega) + 2bc\,cos.\,(\omega - \phi)$
Generalis igitur aequatio pro omni trapezio directo eſt hujus modi: $a^2 + b^2 + c^2 - d^2 = \pm$
$\pm\, 2a\,(c\,cos.\,\phi \pm b\,cos.\,\omega) \mp 2bc\,cos.\begin{pmatrix}\omega \pm \phi\\ \phi - \omega\end{pmatrix}$

Si trapezium ſit partialiter inverſum, ut latus AD cadat intra latus AB, et ſimul latus CD intra latus CB, iisdem angulis acutis exiſtentibus, valet ſine omni immutatione aequatio Lambertina. Sed angulo B obtuſo, A acuto exiſtente, valet aequatio tertia ſine mutatione. Si trapezium ſit totaliter inverſum, cadente latere AD intra latus AB, CD vero extra CB, et angulo B acuto exiſtente, valet aequatio Lambertina; Verum exiſtente utroque angulo acuto, et latere AB intra latus AD, CD vero intra latus CB valet haec aequatio: $a^2 + b^2 + c^2 - d^2 =$
$= 2a\,(c\,cos.\,\phi + b\,cos.\,\omega) - 2bc\,cos.\,(\omega + \phi)$, in hoc eodem caſu exiſtente angulo B obtuſo, valet eadem aequatio cum ſigno affirmativo termini dextimi in dextro membro. Quod ſi angulus A ponatur obtuſus, et B acutus, ſive trapezium ſit partialiter ſive totaliter inverſum; valet aequatio ſecundo allata pro trapezio directo. Generaliſſima igitur aequatio pro omni trapezio tam directo quam inverſo, eſt illa ipſa quam ſupra attuli pro trapezio directo.

Verum aequationis Lambertinae quoad terminum priorem dextri membri univerſalitas uti ſupra ſine ſignis defendi poteſt, cum ex natura coſi-

cosinuum sequatur, quatuor signa duobus cosinibus apponi posse; Similiter ex natura cosinus sequitur posteriori termino etiam utrumque signum praeponi posse, tamen quoad angulos in hoc eodem termino aequationis Lambertinae universalitas defendi non potest.

Scholion IV.

§. 50. Aequatio tertia Lambertina valet etiam invariata pro trapezio partialiter inverso, cadente latere AD intra latus AB, et latere CD intra CB. Si vero latus AD cadat extra latus AB, et latus CD extra latus CB, prodit haec aequatio: $a \, sin. \, \omega = c \, sin. \, (\omega - \phi) - d \, sin. \, \lambda$, si vero latus AD cadat intra latus AB, sed latus CD extra latus CB, valet haec aequatio: $a \, sin. \, \omega = c \, sin. \, (\omega + \phi) - d \, sin. \, \lambda$. Quod si denique latus AD cadat extra latus AB, latus CD intra latus CB, habetur haec aequatio: $a \, sin. \, \omega = c \, sin. \, (\omega - \phi) + d \, sin. \, \lambda$. Aequatio igitur generalis haec erit: $a \, sin. \, \omega = c \, sin. \, (\omega \pm \phi) \pm d \, sin. \, \lambda$.

Scholion V.

§. 51. In quarto problemate existente trapezio directo et obtinente angulo sive C sive D obtuso, caeteris, quorum dantur nomina primitiva, acutis, valet aequatio Lambertina. Si adjacentes lateri $B\,C$ anguli B et C sint ambo obtusi; et si adjacentes lateri AB anguli A et B, sint ambo obtusi, valet invariata aequatio Clariss. Lambert. Si anguli A et C diagonaliter oppositi sint obtusi, et si angulus B sit obtusus, caeteri acuti, valet invariata aequatio Lambertina.

 Deni-

Denique si angulus A sit acutus, caeteri omnes obtusi; eadem aequatio invariata locum habet. His igitur omnibus casibus pro trapezio directo valet haec aequatio Clariss. Lambert: $c\ fin.\ \psi = a\ fin.\ (\phi+\psi) - b\ fin.\ (\phi+\psi+\omega)$. Verum in trapezio directo, praeter hos casus dantur aliquot, in quibus sine omni immutatione non valet, nam si anguli diagonaliter oppositi B et D sint obtusi, valet haec aequatio: $c\ fin.\ \psi = - a\ fin.\ (\phi+\psi) - b\ fin.\ (\omega+\phi+\psi)$; eadem aequatio valet, si anguli adjacentes lateri AD, A et D sint ambo obtusi; existente angulo A obtuso, caeteris omnibus acutis, eadem aequatio locum habet, Existente angulo D obtuso et caeteris acutis, et existente angulo B obtuso, caeteris acutis, et existente angulo C acuto, caeteris obtusis, denique existente angulo D acuto, caeteris obtusis; valet haec aequatio eadem, quare generalis aequatio pro trapezio directo haec erit: $c\ fin.\ \psi = \pm a\ fin.\ (\phi+\psi \mp)\ b\ fin.\ (\phi+\psi+\omega)$. Si trapezium sit partialiter inversum, existente angulo B acuto, et latere AD intra latus AB, latere CD intra latus CB cadente, et angulo D obtuso, obtinet haec aequatio: $c\ fin.\ \psi = a\ fin.\ (\psi-\phi) - b\ fin.\ (\psi-\omega-\phi)$. Sin autem latus CD cadat extra latus CB, ut trapezium sit totaliter inversum, sive angulus D sit obtusus vel acutus, prodit haec aequatio: $c\ fin.\ \psi = a\ fin.\ (\psi-\phi) + b\ fin.\ (\omega+\phi-\psi)$; Si, caeteris manentibus iisdem, latus AD cadat extra latus AB, et latus CD intra latus BC, existente trapezio totaliter inverso, prodit haec aequatio: $c\ fin.\ \psi = a\ fin.\ (\phi+\psi) - b\ fin.\ (\phi+\psi-\omega)$. Si angulus D sit acutus et B obtusus, cadat vero totum

totum triangulum ADC extra triangulum ABC, ut trapezium ſit partialiter inverſum, habetur haec aequatio: $c\ \mathit{ſin.}\ \psi = a\ \mathit{ſin.}\ (\phi + \psi) + b\ \mathit{ſin.}\ (\omega - \phi - \psi)$. Si angulus B ſit acutus, eadem aequatio prodit. Si angulus D ſit acutus, B vero obtuſus, cadente latere AD extra latus AB, et latere CD, intra latus CB, exiſtente trapezio totaliter inverſo, prodit haec aequatio pro trapezio inverſo tertia. Si manentibus caeteris iisdem fiat angulus B acutus, eadem aequatio prodit; quod ſi vero latus AB cadat extra latus AD, latus CB intra latus CD, ut trapezium ſit totaliter inverſum, exiſtente uti prius angulo D acuto, ſed angulo B ſive acuto ſive obtuſo, valet aequatio pro trapezio inverſo ſecunda. Si angulus B ſit obtuſus et angulus D etiam obtuſus, ſitque trapezium totaliter inverſum, ut latus AB cadat extra latus AD, et latus CB intra latus CD; obtinet etiamnum eadem aequatio, et quicunque caſus praeterea cogitari poſſunt, in iis valet aliqua aequationum hactenus allatarum. Igitur generaliſſima aequatio pro omni trapezio tam directo quam inverſo erit hujusmodi: $c\ \mathit{ſin.}\ \psi = \pm\ a\ \mathit{ſin.}\ (\psi \pm \phi)$ $b\ \mathit{ſin.}\ (\pm \psi \mp \omega \mp \phi)$

Scholion VI.

§. 52. Hactenus fuerunt quatuor illa problemata, quorum aequationes dedit ipſe Cl. Lambert. Jam igitur ad reliqua progrediens, in toto hoc tractatu eandem denominationem laterum adhibeo; angulorum autem nomina ſic immuto, ut angulus combinationis A, mihi ſemper ſit $=\psi$, $B=\lambda$, $C=\omega$, $D=\phi$, angulus partialis $ACB=\alpha$ $ACD=\beta$.

 CAPUT

CAPUT III.

Continens tria problemata primae classis ex quatuor illis, quae sub priore principali continentur.

Problema V.

Fig. V. §. 53. In figura quadrilatera rectilinea proposita $ABCD$ inter haec sex: latus $AB = a$ $BC = b$, $AD = c$, diagonalem $AC = f$, angulum $A = \psi$, et $C = \omega$; aequationem invenire

Solutio.

1) In triangulo ABC ab angulo C in latus AB, demissa normali CD, quaero cosinum anguli B, qui, quoniam acutus est assumtus, invenitur esse $\frac{a^2 + b^2 - f^2}{2ab} = cos. B$, quo ad abbreviandum posito $= h$, erit $sin. B = \sqrt{(1-h^2)}$; in eodem triangulo formo hanc analogiam $AC: sin. B = AB: sin. ACB$, et symbolis substitutis. $f: \sqrt{(1-h^2)} = a: sin. ACB$ consequenter est $sin. AcB = \frac{a\sqrt{1-h^2}),}{f}$ nec non $cos. AcB =$ $= \frac{\sqrt{f^2 - a^2(1-h^2)}).}{f}$

2) Ex his et ex sinu cosinuque anguli C, formo sinum anguli ACD; cum enim sit angulus

gulus $ACD = C - ACB = \omega - ACB$; erit $\sin. ACD = \sin. (\omega - AcB) =$
$$= \frac{\sin. \omega \surd (f^2 - a^2(1-h^2)) - a \cos. \omega \surd (1-h).}{f}$$

3) Formo finum et cofinum fummae trium angulorum A, B, C, et obtineo $\sin. (A + B + C) =$
$= h \sin. (\omega + \psi) + \cos. (\omega + \psi) + \cos. (\omega + \psi) \surd (1-h^2)$
et $\cos. (A + B + C) = h \cos. (\omega + \psi) - \sin. (\omega + \psi)$
$\surd (1 - h^2)$

4) Ex his et ex finu cofinuque quatuor rectorum, formo finum anguli D, in triangulo ADC; cum enim fit $\sin. ((A + B + C + D) -$
$-(A + B + C)) = \sin. (2\pi - (A + B + C)) = \sin. D$;
obtinebitur $\sin. (2\pi - (A + B + C)) =$
$= h \sin. 2\pi \cos. (\omega + \psi) - \sin. 2\pi \sin. (\omega + \psi)$
$\surd (1-h^2) - h \cos. 2\pi \sin. (\omega + \psi) - \cos. 2\pi \cos. (\omega + \psi)$
$\surd (1-h^2) = \sin. D$. Sed propter $\sin. 2\pi = 0$, et $\cos. 2\pi = +1$, fiet $\sin. D = -h \sin. (\omega + \psi) -$
$- \cos. (\omega + \psi) \surd (1-h^2)$.

5) In triangulo ADC jam pervenio ad hanc analogiam, $AC : \sin. D = AD : \sin. ACD$. h. e.
$f : -h \sin. (\omega + \psi - \cos. (\omega + \psi) \surd (1-h^2) =$
$$= c : \frac{\sin. \omega \surd (f^2 - a^2 (1-h^2)) - a \cos. \omega \surd (1-h^2)}{f}$$

adeoque habetur haec aequatio:
$(a \cos. \omega - c \cos. (\omega + \psi)) \surd (1-h^2) = ch \sin. (\omega + \psi) =$
$= + \sin. \omega \surd (f^2 - a^2 (1-h^2))$. Q. E. F.

Solutio altera.

1) Ducta diagonali BD, propter angulum A acutum affumtum, erit illa $= \surd (a^2 + c^2 -$
$- 2ac \cos. \psi)$ et brevitatis gratia $= k$. In triangulo

gulo ADB formo hanc analogiam $BD: \text{fin.}\ A = AD: \text{fin.}\ ABD$. h. e. $k: \text{fin.}\ \psi =$ $= c: \text{fin.}\ ABD = \frac{c\ \text{fin.}\ \psi}{k}$, confequenter $\cos. ABD = \frac{\sqrt{(a^2 + c^2 - 2ac\cos.\psi - c^2\text{fin.}\psi^2)}}{k} =$ $= \frac{a - c\cos.\psi}{k}$

2) In triangulo BCD formo hanc analogiam: $BD: \text{fin.}\ C = BC: \text{fin.}\ BDC$, hoc eft $k: \text{fin.}\ \omega = b: \text{fin.}\ BDC = \frac{b\ \text{fin.}\ \omega}{k}$ et hinc

$\cos. BDC = \frac{\sqrt{(k^2 - b^2\text{fin.}\omega^2)}}{k}$

3) Hinc formo finum et cofinum fummae angulorum C et BDC, et obtinetur $\text{fin.}(C + BDC) =$ $= \frac{\text{fin.}\omega\sqrt{(k^2 - b^2\ \text{fin.}\ \omega^2)} + b\ \text{fin.}\ \omega}{k} = \text{fin.}\ DBC.$

et $\cos.(C + BDC) = \frac{-\cos.\omega\sqrt{(k^2 - b^2\text{fin.}\omega^2)} + b^2\text{fin.}\omega^2}{k} =$ $= \cos. DBC$

4) Ex datis jam nominibus derivativis angulorum partialium ABD et DBC, formo cofinum anguli totalis B, qui igitur eft

$$\frac{a\cos.\omega\sqrt{(k^2 - b^2\ \text{fin.}\ \omega^2)} + ab\ \text{fin.}\ \omega^2 +}{k^2}$$

$$\frac{+ c\cos.\omega\ \cos.\psi\sqrt{(k^2 - b^2\ \text{fin.}\ \omega^2)}}{k^2}$$

$$\frac{bc\ \text{fin.}\ \omega^2\cos.\psi - c\ \text{fin.}\omega\ \text{fin.}\psi\sqrt{(k^2 - b^2\ \text{fin.}\omega^2)} -}{k^2}$$

$\frac{-bc\ \text{fin.}\omega\cos.\omega\ \text{fin.}\psi}{k^2}$, confequenter obtinetur haec aequa-

aequatio: $h\,k^2 == (c \cos. (\omega + \psi) -- a \cos. \omega) \surd (k^2 -- b^2 \sin. \omega^2) + b \sin. \omega\ (a \sin. \omega --$ $-- c \sin. (\omega + \psi))$ Q. E. I.

Coroll. I.

§. 54. Sit ad abbreviandum in aequatione priore $c \sin. (\omega+\psi) = n$, $a \cos. \omega - c \cos. (\omega+\psi) = m$, et $\sin. \omega = p$, et factis substitutionibus, erit aequatio abbreviata hujusmodi $= 2\,m\,n\,h \surd (1-h^2) ==$ $== (m^2 - n^2 + a^2 p^2)\,h^2 + p^2\,(f^2 - a^2) - m^2$, et omni operatione absoluta ad hanc aequationem pervenio exprimentem cosinum.

$$\cos. B = \frac{\surd (m^2 (m^2 + n^2 + a^2 p^2) -- (m^2 - n^2 + a^2 p^2)}{\surd (m^2+n^2+a^2p^2)^2 - (4a^2n^2p^2)}$$
$$\frac{(f^2 - a^2)\,p^2 \pm 2\,m\,n\,p \surd (f^2 m^2 - (f^2 p - n^2)(f^2 - a^2)))}{\surd (m^2 + n^2 + a^2 p^2)^2 - (4\,a^2 n^2 p^2)}$$

hinc paulo simplicior pro sinu elicitur haec aequatio

$$\sin. B = \frac{\surd (n^2 (m^2 - a^2 p^2) + (m^2 - n^2 + a^2 p^2)\,f^2 p^2 \mp}{\surd (m^2 + n^2 + a^2 p^2)^2 - (4\,a^2 n^2 p^2)}$$
$$\frac{\mp 2\,m\,n\,p \surd\ (f^2 m^2 - (f^2 p^2 - n^2)(f^2 - a^2))^2)}{\surd (m^2 + n^2 + a^2 p^2)^2 - (4\,a^2 n^2 p^2)}$$

Coroll. II.

§. 55. Cum in toto aequationis dextro membro non contineatur b, haec aequatio exhibet verum valorem pro sinu et cosinu anguli B, independenter a latere adjacente $B\,C = b$, et consequenter pro latere $B\,C$ per compendium quoddam quaeri potest sinus vel cosinus anguli adjacentis B; dato enim alterutro datus etiam latus $B\,C$; ponatur brevitatis gratia totum dextrum

C 5 aequa-

aequationis membrum $=M$ ut sit $h=\frac{a^2+b^2-f}{2ab}=M$, et reducendo obtinetur $b=aM\pm\surd(a^2M^2+f^2-a^2)$. Sed neque alterum latus adjacens $AB=a$, neque diagonalis $AC=f$, ex hac aequatione inveniri potest, quia in dextro aequationis membro continentur.

Coroll. III.

§. 56. Sex omnino dantur casus qui statim perspiciuntur, in quibus signum radicale dextimum evanescit, quorum primus obtinet, si sit $m=a\cos.\omega-c\,\mathit{fin}.(\omega+\psi)=0$, secundus si $n=0=$ $=c\,\mathit{fin}.(\omega+\psi)$, tertius si $\mathit{fin}.\ \omega=p$, quartus si $f^2m^2=(f^2p^2-n^2)(f^2-a^2)$, quintus si $f^2p^2=n^2$, denique sextus quando $f=a$; in duobus postremis, quautitas sub signo radicali fit rationalis, quo ipso signum radicale tollitur; plures tamen fortassis dantur rationalitatis casus, sed quibus determinandis supersedeo. Casu quarto fit

$$\cos.B=\frac{\surd(m^2(m^2+n^2+a^2p^2)--}{\surd((m^2+n^2+a^2p^2)^2-4a^2n^2p^2)}$$
$$\frac{--(m^2--n^2+a^2p^2)(f^2--a^2)p^2)}{\surd((m^2+n^2+a^2p^2)^2-4a^2n^2p^2)}$$

et $$\mathit{fin}.\ B=\frac{\surd(n^2(m^2---a^2p^2)+}{\surd((m^2+n^2+a^2p^2)^2-4a^2n^2p^2)}$$
$$\frac{+(m^2--n^2+a^2p^2)f^2p^2)}{\surd((m^2+n^2+a^2p^2)^2-4a^2n^2p^2)}$$

sed in casu penultimo sit

$$\cos.B=\frac{\surd(m^2(m^2+n^2+a^2p^2)--}{\surd((m^2+n^2+a^2p^2)^2-4a^2n^2p^2)}$$
$$\frac{--(m^2-n^2+a^2p^2)(f^2-a^2)p^2\pm 2fm^2np)}{\surd((m^2+n^2+a^2p^2)^2-4a^2n^2p^2)}$$

et

$$\text{et } \sin. B = \frac{\sqrt{(n^2(m^2 - a^2p^2) +}}{\sqrt{((m^2+n^2+a^2p^2)^2 - 4a^2n^2p^2)}}$$
$$\frac{+ (m^2-n^2+a^2p^2)f^2p^2 \mp 2fm^2np)}{\sqrt{((m^2+n^2+a^2p^2)^2 - 4a^2n^2p^2)}}$$

denique in caſu ultimo ſit.

$$\cos. B = \frac{m\sqrt{(m^2+n^2+a^2p^2 \pm 2fnp)}}{\sqrt{(m^2+n^2+a^2p^2f^2\, 4a^2n^2p^2)}}$$

Coroll. IV.

§. 57. Si ponatur $n = o = c \sin. (\omega + \psi)$ qui erat caſus ſecundus, erunt anguli diagonaliter oppoſiti ſimul ſumti $\omega + \psi = \pi$, h. e. duobus rectis aequales, quo in caſu prodit aequatio pro trapezio circulo inſcriptibili hujusmodi.

$$\cos. B = \frac{\sqrt{(a^2+c^2+2ac\cos.\omega - f^2 \sin.\omega^2)}}{\sqrt{(a^2+c^2+2ac\cos.\omega)}} \text{ vel etiam}$$

$$\cos. B = \frac{\sqrt{(a^2+c^2+2ac\cos.\psi - f^2\sin.\psi^2)}}{\sqrt{(a^2+c^2+2ac\cos.\psi)}} \text{ et}$$

$$\sin. B = \frac{f \sin.\omega}{\sqrt{(a^2+c^2+2ac\cos.\omega}} = \frac{f\sin.\psi}{\sqrt{(a^2+c^2-2ac\cos.\psi}},$$

vel etiam quia $\sqrt{(a^2+c^2 \pm 2ac\cos.\omega)}$ repraeſentat diagonalem BD, coſinus ita exhibetur.

$$\cos. B = \frac{\sqrt{(BD^2 - f^2\sin.\omega^2)}}{BD} = \frac{\sqrt{(BD^2 - f^2\sin.\psi^2)}}{BD}$$

$$\text{et } \sin. B = \frac{f\sin.\omega}{BD} = \frac{f\sin.\psi}{BD} = \frac{AC\sin.\psi}{BD.}$$

hinc ergo oritur hoc Theorema.

In quadrilatero circulo inſcripto diagonales ſunt inter ſe ut ſinus angulorum ipſis oppoſitorum.

Coroll.

Coroll. V.

§. 58. Si sit $m = a\, cos.\, \omega - c\, cos.\, (\omega + \psi) = o$, ut sit $a : c == cos.\, (\omega + \psi) : cos.\, \omega$; fiet

$$cos.\, B == \frac{fin.\, \omega\, \surd\, (f^2 - a^2)}{\surd (a^2 fin.\, \omega^2 - c^2 fin.\, (\omega + \psi^2)} = \frac{fin.\, \omega \surd (f^2 - a^2)}{\surd (a^2 - c^2)}$$

quod si denique ponatur $p = fin.\, \omega = o$, ut sit angulus c duobus rectis aequalis, lateribus BC, CD, in diagonalem BD incidentibus et trapezio in triangulum abeunte; ex eadem aequatione prodibit

$$cos.\, B == \frac{a - c\, cos.\, \psi}{\surd (a^2 + c^2 - 2ac\, cos.\, \psi}$$, uti supra §. 53. fuit inventum; nam in hoc casu angulus B, qui in quadrilatero est totalis abit in partialem ABD consequenter hoc ipso aequatio et operatio tota verificatur.

Coroll. VI.

§. 59. Ex eadem aequatione facile obtinetur

$$\text{latus } AD = c = \frac{a\, cos.\, \omega \surd (1 - h^2) - fin.\, \omega \surd (f^2 - a^2 (1 - h))}{h\, fin.\, (\omega + \psi) + cos.\, (^2 + \psi) \surd (1 - h)}$$

et anguli C *tang.* $\omega ==$

$$= \frac{(a - c\, cos.\, \psi) \surd (1 - h) - ch\, fin.\, \psi}{ch\, cos.\, \psi + \surd (f^2 - a^2 (1 - h) - c\, fin.\, \psi \surd (1 - h^2)}$$

Coroll. VII.

§. 60. Si in aequatione posteriore ponatur coefficiens quantitatis radicalis $\surd (k^2 - b^2 fin.\, \omega^2) = m$, et coefficiens $b\, fin.\, \omega = n$, $fin.\, \omega = p$, et $a^2 - f^2 = q^2$ factis substitutionibus obtinetur haec aequatio abbre-

breviata: $2amb\sqrt{(k^2-b^2p^2)}=k^2q^2+b^2(k^2\pm 2anp)$ ex qua operatione ad finem perducta, obtinetur haec aequatio:

$$b=\frac{k\sqrt{(2a^2m^2 - q^2(k^2\pm 2anp)\pm}}{\sqrt{((k^2\pm 2anp)^2+4a^2m^2p^2)}}$$

$$\frac{\pm 2am\sqrt{(a^2m^2-q^2(k^2\pm 2anp+p^2q^2))})}{\sqrt{((k^2\pm 2anp)^2+4a^2m^2p^2)}}$$

Coroll. VIII.

§. 61. Eadem aequatio posterior ea gaudet praerogativa prae priore, ut ex ea diagonalis satis expedite obtineatur per aequationem quadraticam puram, nam posito ad abbreviandum toto dextro aequationis membro $= N$, habebitur haec aequatio $f=\frac{\sqrt{(k^2(a^2+b^2)-2abN)}}{k}$, id quod ideo fieri potuit, quia f in N non continetur.

Scholion I.

§. 62. Inter sex illos casus qui in aequationibus tetragonometricis continentur, duo sunt Tetragonometriae proprii, qui obtinent, quando quaeritur latus AB vel BC, et ex iis constructio figurae, posterioris casus duas dedi solutiones, unam ex aequatione priore, in qua loco lateris quaesitus ac inventus est cosinus anguli B, alteram ex posteriore, in qua directe quaesitum ac inventum est latus ipsum BC; prioris casus solutio ad praxin utilis ex neutra aequatione potest obtineri, cum aequationes ad octavum gradum vel etiam altius ascendant et ingenti constent multitudine terminorum, cujus ideo casus evolu-

evolutionem consulto omisi, sed casus uterque in Geometria practica suppeditat problema utile novum et simul satis pulchrum. Quatuor casus reliqui utrique methodo et trigonometricae et tetragonometricae subsunt, sed ita ut trigonometrice naturalius et expeditius solvantur. Trium tamen ex his casibus solutiones tetragonometricas dedi, quia ex aequationibus satis breviter et expedite poterunt erui. Quarti casus pro inveniendo angulo $A=\psi$, evolutionem omisi, cum ex aequatione operosius eruatur.

Scholion II.

§. 63. Quod si loco lateris AD, manentibus caeteris iisdem, adhibeatur latus $CD=d$, in triangulo ADC, formatis ut prius sinu et cosinu anguli B, et inde sinu et cosinu anguli BAC invenitur

$$\text{sin.}\, CAD = \frac{\text{sin.}\,\psi \sqrt{(f^2 - b^2(1-h^2))} - b \cos.\,\psi \sqrt{(1-h^2)}}{f}$$

Sed est $\text{sin.}\, D = -- h\, \text{sin.}\, (\omega+\psi) - \cos.\, (\omega+\psi \sqrt{(1-h^2)}$ supra inventus; hinc ad aequationem hanc pervenio: $(b \cos.\,\psi -- d \cos.\,(\omega+\varphi) \sqrt{(1-h^2)} == \\ == dh\, \text{sin.}\,(\omega+\psi) + \text{sin.}\,\psi \sqrt{(f^2 -- b^2(1-h^2))}$. Haec aequatio cum illa superiore in solutione priori allata quoad formam prorsus convenit et ex illa formatur, b pro a, d pro c, ψ pro ω scribendo, in sinu et cosinu anguli C, ut verum esse jam pateat, quod asseruit Cl. Lambert, hos casus analytice consideratos a se invicem non differre, sed ad aequationes formaliter easdem perducere, ergo in literis m, n et p, debitis substitutionibus factis et in dextro aequationis membro, utique loco a scripto b, aequatio superior

rior §. 54. etiam pro hoc casu valebit ut sit:

$$cos.\ B = h = \frac{(\surd m^2(m^2+n^2+b^2p^2) -- (m^2-n^2+b^2p^2)}{\surd((m^2+n^2+b^2p^2) -- 4b^2n^2p^2)}$$

$$\frac{(f^2-b^2)p^2 \pm 2mnp\surd(f^2m^2-(f^2p^2-n^2(f^2-b^2)))}{\surd((m^2+n^2+b^2p^2) -- 4b^2n^2p^2)}$$

Igitur quemadmodum in aequatione superiore in toto dextro aequationis membro nullibi continebatur b, et hinc pro latere BC, inveniendo valuit $cos.\ B$, ita etiam in hac aequatione, cum in toto aequationis dextro membro nullibi contineatur a, cosinus B valet pro inveniendo latere AB, et consequenter per hanc aequationem solvitur ille casus Tetragonometriae proprius, qui per aequationem superiorem commode solvi haud poterat.

Scholion III.

§. 64. Similiter ut methodo posteriore, ad aequationem perveniatur similem posteriori, ex lateribus BC et CD formo valorem diagonalis $BD = \surd(b^2+d^2-2bd\,cos.\,\omega) == k$ brevitatis gratia, ergo erit $fin.\ DBC == \frac{d\ fin.\ \omega}{k}$ et $cos.\ DBC = == \frac{b - d\ cos.\ \omega}{k}$; in triangulo ADB est $fin.\ ADB == \frac{a\ fin.\ \psi}{k}$, et $cos.\ ADB == == \frac{\surd(k^2 -- a^2\ fin.\ \psi^2)}{k}$; hinc erit

$$fin.(A + ADB) == \frac{fin.\ \psi \surd(k^2 -- a^2\ fin.\ \psi^2) +}{k}$$

$$\frac{+\ a\ fin.\ \psi\ cos.\ \psi}{k} === fin.\ ABD$$

et

et $cos. (A + ADB) = cos. ABD =$

$$= \frac{\pm cos. \psi \surd (k^2 - a^2 fin. \psi^2 \mp a fin. \psi^2}{k},$$

hinc in eo caſu quo ſumma angulorum A et ADB, non excedit rectum, habetur haec aequatio, quo in caſu valent ſigna ſuperiora $cos. ABD$, $hk^2 = (b\, cos. \psi - d\, cos. \binom{\psi - \omega}{\omega - \psi})$

$$\surd(k^2 - a^2 fin. \psi^2) \pm a\, fin. \psi (d\, fin. \binom{\psi - \omega}{\omega - \psi} - b\, fin. \psi)$$

Sed in altero caſu, quo ſumma eorundem angulorum recto major, in quo valent ſigna inferiora $cos. ABD$, habetur haec aequatio: $hk^2 = (d\, cos. (\omega + \psi) - b\, cos. \psi) \surd (k^2 - a^2 fin. \psi^2) +$ $+ a\, fin. \psi\, (b\, fin. \psi - d\, fin. (\omega + \psi))$; aequatio igitur generalis ita poteſt exhiberi: $hk^2 = (d\, cos. \binom{\omega \pm \psi}{\psi - \omega} - b\, cos. \psi) \surd (k^2 - a^2 fin. \psi^2) \pm$

$$\pm a\, fin. \psi\, (d\, fin. \binom{\omega \pm \psi}{\psi - \omega} - b\, fin. \psi)$$

cujus forma cum forma ſuperioris, quando ſignum anguli utriusque affirmativum adhibetur §. 54. prorſus convenit, ita ut haec ex illa eliciatur pro a, c, b, ω, ψ, reſpective ſcribendo b, d, a, ψ, ω.

Scholion IV.

§. 65. Si in litteris m, n, p, q, k, fiant ſubſtitutiones legitimae, aequatio pro b, ſupra §. 60. exhibita, valebit hic etiam pro a, ut ſit hic quemadmodum ſupra

$$a = \frac{k \surd (2b^2 m^2 - q^2 (k^2 \pm 2bnp) \pm}{\surd ((k^2 \pm 2bmp)^2 + 4b^2 m^2 p^2)}$$

$$\frac{\pm 2bm \surd (b^2 m^2 - q^2 (k^2 \pm 2bnp + p^2 q^2)))}{\surd ((k^2 \pm 2bmp)^2 + 4b^2 m^2 p^2)}$$

Sequi-

Sequitur insuper ex hac aequatione pari difficultate obtineri b, qua ex superiori obtinetur a; denique sequitur aequationem pro diagonali supra §. 6:. inventam etiam respectu hujus aequationis valere, ut sit factis substitutionibus

$$f = \frac{\sqrt{((a^2+b^2)k^2 - 2abN)}}{k}$$

Scholion V.

§. 66. Quoniam, si in datorum numero contineatur latus infimum AD, nulla datur aequatio utilis ad inveniendum latus $AB=a$, et in altero casu, quo in datorum numero continetur latus dextrum $CD=d$, nulla datur aequatio utilis pro inveniendo latere supremo $Bc=b$, in praxi interdum casus facilior difficiliori subsidio venire potest, quippe si in potestate Geodaetae positum sit, in numerum datorum recipere utrum velit, latus AD vel CD; si inveniendum sit latus AB, eligendum erit latus CD, sed si indagandum sit latus BC, adhibendum erit latus AD. Atque hoc modo remedium adhibetur difficultati lateris per aequationem octavi gradus in praxi inutilem indagandi.

Scholion VI.

§. 67. In hoc problemate aequatio prior valet pro omni trapezio directo, siquidem advertatur terminum $ch\,fin.(\omega+\psi)$. propter h, cosinum anguli B, tam affirmative, quam negative accipi posse. Quod si trapezium sit partialiter inversum, ut totum triangulum ADC, cadat intra triangulum ABC sine omni immu-

tatione eadem aequatio valet. Si vero trapezium ita ſit totaliter inverſum ut latus AD cadat intra latus AB, latus autem CD extra latus CB, obtinetur haec aequatio: $(a \cos. \omega - c \cos. (\psi - \omega)) \surd (1-h^2) = ch \sin. (\psi - \omega) - \sin. \omega) (f^2 - a^2 (1-h^2))$. Quod ſi trapezium ita ſit totaliter inverſum ut latus AD cadat extra latus AB, latus autem CD intra latus CB, prodit haec aequatio: $(a \cos. \omega - - c \cos. (\omega - \psi)) \surd (1-h^2) = ch \sin. (\omega - \psi) - - \sin. \omega \surd (f^2 - a^2 (1-h^2))$. Si trapezium ita ſit partialiter inverſum, ut totum triangulum ABC, cadat intra triangulum ADC, habetur haec aequatio: $(a \cos. \omega - c \cos. (\omega + \psi)) \surd (1-h^2) = - - ch \sin. (\omega + \psi) - \sin. \omega \surd (f^2 - a^2 (1-h^2))$. Haec igitur aequatio ex prima ſtatim ſequitur, ſiquidem ob naturam coſinuum ambo termini dextri membri negative ſumantur. Quare generalis aequatio pro omni trapezio erit talis:

$$\left(a \cos. \omega - c \cos. \left(\begin{matrix}\psi \pm \omega \\ \omega - \psi\end{matrix}\right)\right) \surd (1 - h^2) =$$

$$= ch \sin. \left(\begin{matrix}\psi \pm \omega \\ \omega - \psi\end{matrix}\right) + \sin. \omega \surd (f^2 - a^2 (1-h^2)),$$

ubi ob naturam coſinuum ambiguam duplex ſignum conſulto omitto.

Problema VI.

Fig. VI. §. 68. In figura quadrilatera rectilinea propoſita $ABCD$ inter haec ſex: latus $AB = a$, $CD = d$, diagonalem $AC = f$, angulum $A = \psi$, $B = \lambda$, et $C = \omega$; aequationem invenire.

Solutio.

1) In triangulo ſiniſtro formo hanc analogiam $AC(f) : \sin. B (\sin. \lambda) = AB(a) :$ ſin.

$\text{ſin. } ACB = \frac{a \text{ ſin. } \lambda}{f}$ et conſequenter

$$\cos. ACB = \frac{\sqrt{(f^2 - a^2 \text{ ſin.} \lambda^2)}.}{f}$$

2) Ex datis jam ſinibus et coſinibus angulorum B et ACB, formo ſinum et coſinum anguli tertii CAB et obtineo

$$\text{ſin. } CAB = \frac{\text{ſin.} \lambda \sqrt{(f^2 - a^2 \text{ ſin.} \lambda^2)} + a \text{ ſin.} \lambda \cos. \lambda}{f}$$

et $\cos. CAB = \frac{-\cos. \lambda \sqrt{(f^2 - a^2 \text{ ſin.} \lambda^2)} + a \text{ ſin.} \lambda^2}{f}$

3) Ex his et ex ſinu coſinuque anguli A, formo ſinum anguli $CAD = \text{ſin.} (A - CAB) =$

$$= \text{ſin.} (\psi - CAB = \frac{-\text{ſin.} \psi \cos. \lambda \sqrt{(f^2 - a^2 \text{ ſin.} \lambda^2)} +}{f}$$

$$\frac{+ a \text{ ſin.} \lambda^2 \text{ ſin.} \psi - \cos. \psi \text{ ſin.} \lambda \sqrt{(f^2 - a^2 \text{ ſin.} \lambda)}}{f}$$

$$- \frac{a \text{ ſin. } \lambda \cos. \lambda \cos. \psi}{f}$$

$$= \frac{-\text{ſin.} (\lambda + \psi) \sqrt{(f^2 - a^2 \text{ ſin.} \lambda^2)} - a \text{ ſin.} \lambda \cos. (\lambda + \psi)}{f}$$

4) Ad obtinendum nomen derivativum anguli D, ſubduco data nomina primitiva angulorum A, B, C, a nomine primitivo quatuor rectorum 2π, et obtineo $2\pi - \omega - \lambda - \psi$ et hinc erit $\text{ſin.} D = -\text{ſin.} (\omega + \lambda + \psi)$ his factis in triangulo dextro pervenio ad hanc analogiam $AC : \text{ſin.} D = CD : \text{ſin } CAD$ et ſubſtitutis ſymbolis habetur haec

 f: —

$f : - \sin.(\omega + \lambda + \psi) = d : \frac{-\sin.(\lambda+\psi) \sqrt{(f^2 - a^2 \sin.\lambda^2)} -}{f}$

$\frac{-a \sin.\lambda \cos.(\lambda+\psi)}{f}$ consequenter habetur

$d \sin.(\omega + \lambda + \psi) = \sin.(\lambda + \psi) \sqrt{(f^2 - a^2 \sin.\lambda^2)} +$
$+ a \sin.\lambda \cos.(\lambda + \psi)$ Q. E. I.

Scholion I.

§. 69. Potuit etiam ad eandem plane aequationem perveniri, ex sinu et cosinu angulorum C et ACB, formando sinum et cosinum anguli ACD, et ex his nec non ex sinu cosinuque anguli D formando sinum anguli CAD, qui ut prius hac ratione prodiisset

$= \frac{-\sin.(\lambda+\psi) \sqrt{(f^2 - a^2 \sin.\lambda^2)} -}{f}$

$\frac{-a \sin.\lambda \cos.(\lambda+\psi)}{f}$ et consequenter ad eandem analogiam et aequationem pervenissem.

Coroll. I.

§. 70. Ex aequatione inventa statim sine omni fere operatione sequitur valor lateris DC cum sit

$$d = \frac{\sin.(\lambda+\psi) \sqrt{(f^2 - a^2 \sin.\lambda^2)} + a \sin.\lambda \cos.(\lambda+\psi)}{\sin.(\omega + \lambda + \psi)}$$

et per aequationem quadraticam habetur latus sinistrum AB, cum sit operatione absoluta:

$$a = \frac{d \cos.(\lambda + \psi) \sin.(\omega + \lambda + \psi) \pm}{\sin.\lambda}$$

$$\frac{\pm \sin.(\lambda+\psi) \sqrt{(f^2 - d^2 \sin.(\omega+\lambda+\psi)^2)}}{\sin.\lambda.}$$

Schol.

Scholion II.

§. 71. Ad hanc aequationem etiam perveniſſem, ſi ex formato ſinu et coſinu anguli D, formaſſem primo ſinum et coſinum anguli CAD, ſecundo ex his et ex ſinu coſinuque anguli A, ſinum et coſinum anguli CAB, tertio ex his denique et ex ſinu coſinuque anguli B, ſinum anguli ACB; ſic enim ad hanc analogiam in triangulo ABC perveniſſem $AC : \mathit{ſin.}\, B = AB : \mathit{ſin.}\, ACB$ vel etiam ſi ſecundo formaſſem ſinum et coſinum anguli ACD, et ex his et ſinu coſinuque anguli C, ſinum anguli ACB. Sic enim ad hanc eandem analogiam et aequationem perveniſſem: $a\, \mathit{ſin.}\, \lambda = -\mathit{ſin.}\,(\lambda+\psi) \sqrt{(f^2 - d^2\, \mathit{ſin.}\,(\omega+\lambda+\psi)^2)} + d\, cos.\,(\lambda+\psi)\, \mathit{ſin.}\,(\omega+\lambda+\psi)$, quae igitur eſt altera radix aequationis in praecedenti corollario inventae.

Coroll. II.

§. 72. Angulus ad diagonalem ſuperior invenitur eſſe $\omega = ang.\, \mathit{ſin.} \frac{a\, \mathit{ſin.}\, \lambda\, cos.\,(\lambda+\psi) \pm}{d}$

$$\frac{\pm\, \mathit{ſin.}\,(\lambda+\psi) \sqrt{(f^2 - a^2\, \mathit{ſin.}\, \lambda)} - \lambda - \psi}{d}$$

ſed pro angulo A definiendo habetur

$$tang.\,(\lambda+\psi) = \frac{a\, \mathit{ſin.}\, \lambda - d\, \mathit{ſin.}\, \omega}{d\, cos.\, \omega \mp \sqrt{(f^2 - a^2\, \mathit{ſin.}\, \lambda^2)}}$$

et conſequenter ipſe angulus

$$\psi = ang.\, tang. \frac{a\, \mathit{ſin.}\, \lambda - d\, \mathit{ſin.}\, \omega - \lambda}{d\, cos.\, \omega \mp \sqrt{(f^2 - a^2\, \mathit{ſin.}\, \lambda^2)}}$$

Coroll. III.

§. 73. Sed longitudo diagonalis invenitur esse

$$f = \frac{\sqrt{(a^2 fin.\lambda^2 fin.(\lambda+\psi)^2 + (d\,fin.(\omega+\lambda+\psi) -}}{fin.(\lambda+\psi)}$$

$$\frac{- a\,fin.\lambda\,cos.(\lambda+\psi)^2)}{fin.(\lambda+\psi)}$$

ex hac aequatione statim sequitur fore $f = a\ fin.\ \lambda$, si ponatur $a\ fin.\ \lambda\ cos.\ (\lambda+\psi) = d\ fin.\ (\omega+\lambda+\psi)$; vel etiam hac aequatione diagonalis exprimitur

$$f = \frac{\sqrt{(a^2 fin.\lambda^2 - 2ad\,fin.\lambda\,cos.(\lambda+\psi)\,fin.(\omega+\lambda+\psi) +}}{fin.(\lambda+\psi)}$$

$$\frac{+ d^2 fin.(\omega+\lambda+\psi)^2)}{fin.(\lambda+\psi)}$$

Scholion III.

§. 74. Jam sex casuum in aequatione contentorum quinque sunt evoluti; qui ex aequatione satis expedite sequuntur, quorum tres utrique methodo et trigonometricae et tetragonometricae subsunt, ita tamen ut fere facilius trigonometrice quam tetragonometrice expediantur, alteri tres soli Tetragonometriae subsunt et trigonometrice non solvuntur, qui tunc obtinent, quando latus AB, angulus B, et diagonalis quaeritur, quorum duos, primum ac tertium per aequationes quadraticas satis concinnas breves ac utiles solvi. Secundus pro inveniendo angulo B ad aequationem sexti gradus vel altiorem ascendit, et consequenter aequatio ad praxin parum utilis evadit, cujus itaque studio brevitatis evolutionem omisi, verum suppeditant hi tres casus problemata in Geometria practica nova, utilia juxta ac satis pulchra.

Coroll. IV.

§. 75. Si anguli A et B ponantur ſimul ſumti aequales duobus rectis ut prodeat trapezium parallelarum baſium BC, AD, aequatio pro diagonali in hanc mutatur $f = \frac{a\, ſin.\, \lambda - d\, ſin.\, \omega}{o}$, et quia ex parallelismo conſtat, eſſe perpendicula aequalia inter ſe, fit $f = \frac{o}{o}$, quo indicatur problema fieri indeterminatum et manentibus iisdem lateribus AB, CD, diagonalem quemlibet valorem recipere poſſe, eſſe vero etiam perpendicula aequalia, ipſa aequatio monſtrat hoc modo $f.\ o = a\, ſin.\, \lambda - d\, ſin.\, \omega = o$ et conſequenter $a\, ſin.\, \lambda = d\, ſin.\, \omega$, ſed idem etiam indicat aequatio Coroll. I. cum fiat $a = \frac{d\ ſin.\ \omega}{ſin.\, \lambda}$.

Scholion IV.

§. 76. Quod problema in caſu laterum BC et AD parallelorum fiat indeterminatum, adhuc clarius apparet ex aequatione principali hactenus nihil immutata §. 68. in qua ſi ponatur $\lambda + \psi = \pi$, mutatur in hanc $a\, ſin.\, \lambda = ſin.\, \omega$, quam litera f non ingreditur, hoc ipſo indicatur diagonalem quemlibet valorem recipere poſſe, caeteris manentibus iisdem. Hic itaque monendi ſunt Geodaetae, ſi hoc in Geometria practica ſatis pulchrum et utile problema ad praxin transferre fuerit animus, ut ſibi caveant ab illo caſu, quo diagonalis evadit indeterminata, id quod ſemper praecavetur, utendo angulis A et B, quorum ſumma ſit major

vel minor duobus rectis, fic enim femper fcopo fuo potientur, nec, fi dicendum quod res eft, hic cafus Geodaetis erit magnopere pertimefcendus, cum omnium rariffimus exiftere debeat, quod dicti anguli fint duobus rectis aequales.

Coroll. V.

§. 77. Quod fi vero anguli B et C ponantur fimul fumti aequales duobus rectis, ut prodeat trapezium parallelarum bafium AB, CD aequatio pro diagonali mutatur in hanc

$$f = \frac{\sqrt{((a\,\mathit{fin.}\,\lambda\,\mathit{cos.}\,(\lambda+\psi) \pm d\,\mathit{fin.}\,\psi)^2 +}}{\mathit{fin.}\,(\lambda+\psi)}$$

$$\frac{+ a^2\,\mathit{fin.}\,\lambda^2\,\mathit{fin.}\,(\lambda+\psi^2))}{\mathit{fin.}\,(\lambda+\psi)}$$ vel etiam in hanc

$$f = \frac{\sqrt{(d^2\,\mathit{fin.}\,\psi^2 \pm 2ad\,\mathit{fin}\,\lambda\,\mathit{fin.}\,\psi\,\mathit{cos.}\,(\lambda+\psi) +}}{\mathit{fin.}\,(\lambda+\psi)}$$

$$\frac{+ a^2\,\mathit{fin.}\,\lambda^2)}{\mathit{fin.}\,(\lambda+\psi)}$$ fed aequatio pro latere AB Coroll. I. in hanc abit:

$$a = \frac{\pm d\,\mathit{fin.}\,\psi\,\mathit{cos.}\,(\lambda+\psi) \pm}{\mathit{fin.}\,\lambda.}$$

$$\frac{\pm \mathit{fin.}\,(\lambda+\psi)\sqrt{(f^2 - d^2\,\mathit{fin.}\,\psi^2)}}{\mathit{fin.}\,\lambda.}$$

Coroll. VI.

§. 78. Quod fi vero anguli A et B ponantur fimul fumti aequales uni recto, fiet diagonalis $f = \sqrt{(a^2\,\mathit{fin.}\,\lambda^2 + d^2\,\mathit{cos.}\,\omega^2)}$, et fi tribus rectis aequales ponantur fit $f = -\sqrt{(a^2\,\mathit{fin.}\,\lambda^2 + d^2\,\mathit{cos.}\,\omega^2)}$.

Signum

Signum negativum indicat, perpendicula jam cadere verſus ſiniſtram a latere AB, cum in priore caſu verſus dextram cecidiſſent, ſed in utroque caſu fit latus $AB = a = \frac{\surd(f^2 - d^2 \cos. \omega^2)}{\sin. \lambda}$

Sed ſi anguli B et C Sint uni recto, vel tribus rectis aequales, fit aequatio pro diagonali.

$$f = \frac{\surd(a^2 \sin. \lambda^2 \mp 2ad \sin. \lambda \cos. \psi \cos. (\lambda+\psi) +}{\sin. (\lambda+\psi)}$$

$\frac{+ d^2 \cos. \psi^2)}{\sin. (\lambda+\psi)}$, ubi ſignum negativum valet pro caſu priore, affirmativum pro poſteriore; Sed aequatio pro latere AB fit

$$a = \frac{d \cos. (\lambda+\psi) \cos. \psi \pm \sin. (\lambda+\psi)}{\sin. \lambda}$$

$$\frac{\surd(f^2 - d^2 \cos. \psi^2)}{\sin. \lambda.}$$

Coroll. VII.

§. 79. Quod ſi anguli diagonaliter oppoſiti A, C ſint ſimul ſumti duobus rectis aequales, ut prodeat trapezium circulo inſcriptibile, habetur pro diagonali haec aequatio:

$$f = \frac{\sin. \lambda \surd(a^2 + 2ad \cos. (\lambda+\psi) + d^2)}{\sin. (d+\psi)}$$

Si vero uni recto aequales ponantur, fit aequatio:

$$f = \frac{\surd(a^2 \sin. \lambda^2 - 2ad \sin. \lambda \cos. \lambda \cos. (\lambda+\psi) +}{\sin. (\lambda+\psi)}$$

$\frac{+ d^2 \cos. \lambda^2)}{\sin. (\lambda+\psi)}$. Si denique tribus rectis aequales ponantur, prodit eadem aequatio cum ſigno affirmati-

vo termini intermedii, sed in casu primo fit latus

$$AB = \frac{-d\,\text{fin.}\,\lambda\,\text{cos.}\,(\lambda+\psi) \pm}{\text{fin.}\,\lambda}$$

$$\frac{\pm\,\text{fin.}\,(\lambda+\psi)\,\sqrt{(f^2 - d^2\,\text{fin.}\,\lambda^2)}}{\text{fin.}\,\lambda} = a \text{ vel}$$

$$a = \frac{-d\,\text{cos.}\,(\lambda+\psi) \pm \text{fin.}\,(\lambda+\psi)\sqrt{(f^2 - d^2\,\text{fin.}\,\lambda^2)}}{\text{fin.}\,\lambda}.$$

In casu secundo et tertio habetur:

$$a = \frac{\pm\,d\,\text{cos.}\,\lambda\,\text{cos.}\,(\lambda+\psi) \pm}{\text{fin.}\,\lambda}$$

$$\frac{\pm\,\text{fin.}\,(\lambda+\psi)\,\sqrt{(f^2 - d^2\,\text{cos.}\,\lambda^2)}}{\text{fin.}\,\lambda},$$

ubi signum affirmativum valet pro casu priore, negativum pro posteriore.

Coroll. VIII.

§. 80. Si angulus A ponatur tribus rectis aequalis, cadente angulo A supra diagonalem BD, intra vel extra triangulum BCD, et prodeunte trapezio inverso, fit aequatio pro diagonali AC,

$$f = \frac{\sqrt{(a^2\,\text{fin.}\,\lambda^2 + 2ad\,\text{fin.}\,\lambda^2\,\text{cos.}\,(\omega+\lambda) +}}{\pm\,\text{cos.}\,\lambda}$$

$\frac{+ d^2\,\text{cos.}(\omega+\lambda)^2)}{\pm\,\text{cos.}\,\lambda}$ vel etiam quia signum radicale tam est affirmativum quam negativum, scribere licet.

$$f = \frac{\sqrt{(a^2\,\text{fin.}\,\lambda^2 + 2ad\,\text{fin.}\,\lambda^2\,\text{cos.}\,(\omega+\lambda) +}}{\text{cos.}\,\lambda}$$

$\frac{+ d^2\,\text{cos.}\,(\omega+\lambda)^2)}{\text{cos.}\,\lambda}$ Sed ponendo angulum B tribus rectis aequalem cadente vertice B ad dextram

tram diagonalis AC, intra vel extra triangulum ACD, prodeunte denuo trapezio inverſo, cujus diagonalis AC cadit extra figuram, habetur pro eadem diagonali haec aequatio:

$$f = \frac{\sqrt{(a^2 + 2ad\, fin.\psi\, cos.(\omega+\psi) + d^2 cos.(\omega+\psi)^2)}}{cos.\psi}.$$

Si denique angulus C ſit aequalis tribus rectis, cadente vertice C, infra diagonalem BD intra vel extra triangulum BAD, habetur pro diagonali AC haec aequatio:

$$f = \frac{\sqrt{(a^2 fin.\lambda^2 + 2ad\, fin.\lambda\, cos.(\lambda+\psi)^2 +}}{fin.(\lambda+\psi)}$$

$$\frac{+ d^2 cos.(\lambda+\psi)^2)}{fin.(\lambda+\psi)}.$$ In caſu primo aequatio primi Corollarii in hanc abit: $a = -d\, cos.(\omega+\lambda) \pm \pm cot.\lambda \sqrt{(f^2 - d^2\ cos.\ (\omega+\lambda^2))}$; in caſu ſecundo habetur $a = d\, fin.\psi\, cos.(\omega+\psi) \pm \pm cos.\psi \sqrt{(f^2 - d^2 cos.(\omega+\psi)^2)}$ denique in caſu tertio habetur haec aequatio:

$$a = \frac{-d\ cos.\ (\lambda+\psi)^2 \pm fin.\ (\lambda+\psi)}{fin.\lambda.}$$

$$\frac{\sqrt{(f^2 - d^2 cos.(\lambda+\psi)))}}{fin.\lambda.}$$

Scholion V.

§. 81. Si loco laterum AB, CD, quaeſtionem ingrediantur latera reliqua $BC = b$, et $AD = c$, haud abſimiliter ad aequationem ſimilem pervenio hoc modo. 1) In triangulo ABC eſt $fin.\ CAB = \frac{b\ fin.\ \lambda}{f}$ et $cos.\ CAB = = \frac{\sqrt{(f^2 - b^2 fin.\lambda^2)}}{f}$, conſequenter

fin.

$\mathit{sin.}\ ACB = \frac{\mathit{sin.}\ \lambda \surd (f^2 - b^2 \mathit{sin.}\ \lambda^2) + b\ \mathit{sin.}\ \lambda\ \mathit{cos.}\ \lambda}{f}$

nec non $\mathit{cos.}\ ACB = \frac{-\mathit{cos.}\ \lambda \surd (f^2 - b^2 \mathit{sin.}\ \lambda) + + b\ \mathit{sin.}\ \lambda^2}{f}$. 2) Hinc et ex ſinu et coſinu anguli C in triangulo ADC invenio

$\mathit{sin.}\ ACD = \frac{- \mathit{sin.} (\omega + \lambda \surd (f^2 - b^2 \mathit{sin.}\ \lambda^2) - - b\ \mathit{sin.}\ \lambda\ \mathit{cos.} (\omega + \lambda)}{f}$ et pervenio ad hanc analogiam $AC : \mathit{sin.}\ D = AD : \mathit{sin.}\ ACD$. h. e.

$f : -\mathit{sin.} (\omega + \lambda + \psi) = c : \frac{-\mathit{sin.} (\omega + \lambda) \surd (f^2 - b^2 \mathit{sin.} \lambda^2) - - b\ \mathit{sin.}\ \lambda\ \mathit{cos.} (\lambda + \psi))}{f}$ et fit aequatio:

$c\ \mathit{sin.} (\omega + \lambda + \psi) = \mathit{sin.} (\lambda + \omega) \surd (f^2 - b^2 \mathit{sin.}\ \lambda^2) + + b\ \mathit{sin.}\ \lambda\ \mathit{cos.} (\omega + \lambda)$ cujus igitur forma, cum forma prioris prorſus convenit, et haec ex illa prodit, c pro d, b pro a, ω pro ψ ſubſtituendo, ut jam pateat recte ſtatuiſſe Clariſſ. Lambert, hos caſus a ſe invicem analytice conſideratos, formaliter non differre.

Coroll. IX.

§. 82. Factis igitur debite ſubſtitutionibus, ſequitur reſolutiones ſupra datas Coroll. 1, 2, 3. in caſu laterum datorum oppoſitorum quaeſtionem ingredientium AB, CD etiam valere in hoc altero caſu, quo oppoſita latera AD, BC, quaeſtionem ingrediuntur.

Schol.

Scholion VI.

§. 83. Si loco lateris DC quaeſtionem ingrediatur latus $AD=c$, et ad aequationem perveniatur, erit ut ſupra $\text{ſin.}\, ACB = \frac{a\,\text{ſin.}\,\lambda}{f}$ et $\cos.\, ACB = \frac{\sqrt{(f^2 - a^2\,\text{ſin.}\,\lambda^2)}}{f}$ ex quibus et ex ſinu coſinuque anguli C invenio $\text{ſin.}\, ACD = \frac{\text{ſin.}\,\omega \sqrt{(f^2 - a^2\,\text{ſin.}\,\lambda^2)} - a\,\text{ſin.}\,\lambda \cos.\,\omega}{f}$, et in triangulo ADC pervenio ad hanc analogiam: $AC : \text{ſin.}\, D = AD : \text{ſin.}\, ACD$ hoc eſt, $f : -\text{ſin.}\,(\omega+\lambda+\psi) = c : \frac{\text{ſin.}\,\omega \sqrt{(f^2 - a^2\,\text{ſin.}\,\lambda^2)} - a\,\text{ſin.}\,\lambda \cos.\,\omega}{f}$ et conſequenter habetur $c\,\text{ſin.}\,(\omega+\lambda+\psi) = a\,\text{ſin.}\,\lambda \cos.\,\omega - \text{ſin.}\,\omega \sqrt{(f^2 - a^2\,\text{ſin.}\,\lambda^2)}$. Denique ſi quaeſtionem ingrediatur latus BC, loco lateris AB, pervenio ad hanc aequationem: $d\,\text{ſin.}\,(\omega+\lambda+\psi) = b\,\text{ſin.}\,\lambda \cos.\,\psi - \text{ſin.}\,\psi \sqrt{(f^2 - b^2\,\text{ſin.}\,\lambda^2)}$, cujus forma cum priori prorſus convenit. At vero ſi dicendum quod res eſt, hae aequationes, ad quas pervenitur ſumendis lateribus contiguis, differunt aliquid formaliter a prioribus, ad quas ſumendis oppoſitis pervenitur, cum in his in utroque termino dextri membri adſint ſinus et coſinus anguli unius; in illis vero ſinus et coſinus angulorum duorum ſimul ſumtorum; conſequenter hi duo caſus unum conſtituere cenſendi non ſunt, analytice et formaliter aliquid diverſum a caſu laterum oppoſitorum, id quod Cl. Lam-

Lambert non animadvertit, neque ego ſolam figuram intuendo ſupra in §. 15, 16, animadvertere potui, neque nunc animadvertiſſem, niſi aequationes ipſo facto formaſſem.

Coroll. X.

§. 84. Si ad abbreviandum ponatur $\mathit{ſin.}\,\omega = m$, $\cos.\,\omega = n$, $\mathit{ſin.}(\omega+\psi) = p$, $\cos.(\omega+\psi) = q$, facta ſeparatione ſinuum, ſubſtitutione et transpoſitione, poſitoque $\mathit{tang.}\,\lambda = t$, habetur $(f^2 m^2 - a^2 + 2acnq + c^2 q^2)\, t^2 + 2cp\,(an - c'q)\, t = c^2 p^2$, ex qua, operatione abſoluta, obtinetur $t = cp(cq - an \pm \surd((f^2-a^2)m^2 + 2c^2q^2)) = \mathit{tang.}\,\lambda$.

Scholion VII.

§. 85. Valet haec ſolutio non modo pro caſu laterum contiguorum AB, AD; ſed etiam contiguorum BC, CD, ſiquidem litteris c, d, ω, ſubſtituantur reſpective litterae d, b, ψ, cum ſic aequatio prior in poſteriorem abeat. Hi autem caſus laterum contiguorum hanc prae caſibus laterum oppoſitorum habent praerogativam, quod pro inveniendo angulo B, aequationem hanc ſatis utilem exhibeant, quam illi utilem dare non poterant. Caeteris ex his aequationibus evolvendis, ſtudio brevitatis ſuperſedeo.

Coroll. XI.

§. 86. Si angulus A ponatur aequalis duobus rectis, AB et AD in diagonalem BD incidentibus, et trapezio in triangulum BCD abeunte, habetur pro diagonali haec aequatio:

$f =$

$$f = \frac{\sqrt{(a^2 \mathit{sin}.\lambda^4 + (d\,\mathit{sin}.(\omega+\lambda) - a\,\mathit{sin}.\lambda\,\mathit{cos}.\lambda)^2)}}{\mathit{sin}.\lambda}$$

vel etiam $f = \frac{\sqrt{(a^2 \mathit{sin}.\lambda^2 - 2a\,d\,\mathit{sin}.\lambda\,\mathit{cos}.\lambda\,\mathit{sin}.(\omega+\lambda) +}}{\mathit{sin}.\lambda}$
$\frac{+ d^2\,\mathit{sin}.(\omega+\lambda)^2)}{\mathit{sin}.\lambda}$. Ex aequatione Coroll. 1. sequitur fore per hanc positionem: latus $CD =$
$d = \frac{\mathit{sin}.\lambda \sqrt{(f^2 - a^2 \mathit{sin}.\lambda^2)} + a\,\mathit{sin}.\lambda\,\mathit{cos}.\lambda}{\mathit{sin}.(\omega+\lambda)}$, nec non
latus $AB = a = \frac{d\ \mathit{cos}.\ \lambda\ \mathit{sin}.\ (\omega+\lambda) \mp}{\mathit{sin}.\lambda}$
$\frac{\mp \mathit{sin}.\lambda \sqrt{(f^2 - d^2\,\mathit{sin}.(\omega+\lambda)^2)}}{\mathit{sin}.\lambda}$, vel etiam
$a = d\,\mathit{cot}.\lambda\,\mathit{sin}.(\omega+\lambda) \mp \sqrt{(f^2 - \lambda\,\mathit{sin}.(\omega+\lambda)^2)}$
denique habetur angulus ad diagonalem superior.

$$\omega = \mathit{ang.sin}.\frac{\mathit{sin}.\lambda \sqrt{(f^2 - a^2 \mathit{sin}.\lambda^2)} + a\,\mathit{sin}.\lambda\,\mathit{cos}.\lambda}{d} - \lambda.$$

Si angulus C ponatur aequalis duobus rectis, lateribus BC, CD, in diagonalem BD incidentibus et trapezio in triangulum ADB abeunte, aequatio pro diagonali in hanc mutatur:

$f = \frac{\sqrt{(a^2 \mathit{sin}.\lambda^2 \mathit{sin}.(\lambda+\psi)^2 + (d\,\mathit{sin}.(\lambda+\psi) +}}{\mathit{sin}.(\lambda+\psi)}$
$\frac{+ a\,\mathit{sin}.\lambda\,\mathit{cos}.(\lambda+\psi))^2)}{\mathit{sin}.(\lambda+\psi)}$ vel etiam in hanc
$f = \frac{\sqrt{(a^2 \mathit{sin}.\lambda^2 + 2a\,d\,\mathit{sin}.\lambda\,\mathit{cos}.(\lambda+\psi)\,\mathit{sin}.(\lambda+\psi) +}}{\mathit{sin}.(\lambda+\psi)}$
$\frac{+ d^2\,\mathit{sin}.(\lambda+\psi)^2)}{\mathit{sin}.(\lambda+\psi)}$. Per hanc positionem aequatio pro latere CD in hanc mutatur
$d =$

$$d = \frac{\sin.(\lambda+\psi)\sqrt{(f^2 - a\sin.\lambda^2)} - a\sin.\lambda\cos.(\lambda+\psi)}{\sin.(\lambda+\psi)}$$

vel etiam $d = -a\sin.\lambda\cot.(\lambda+\psi) - \sqrt{(f^2 a^2 \sin.\lambda^2)}$. Sed aequatio pro latere AB in hanc mutatur

$$a = \frac{-d\sin.(\lambda+\psi)\cos.(\lambda+\psi) \pm \sin.(\lambda+\psi)}{\sin.\lambda} \; \frac{\sqrt{(f^2 - \lambda^2 \sin.(\lambda+\psi)^2)}}{\sin.\lambda}$$

vel etiam

$$a = \frac{\sin.(\lambda+\psi)}{\sin.\lambda}\left(-\cos.(\lambda+\psi \pm \sqrt{(f^2 - d^2\sin.(\lambda+\psi)^2)}\right)$$

Denique pro angulo A habetur haec aequatio: $\tang.(\lambda+\psi) = a\sin.\lambda : (\sqrt{(f^2 - a^2\sin.\lambda^2)} - d)$, et angulus ipſe $\psi = ang.\,tang.\dfrac{a\sin.\lambda - \lambda}{\sqrt{(f^2 - a^2\sin.\lambda^2)} - d}$

Si denique angulus B duobus rectis aequalis ponatur, lateribus BA, BC in diagonalem AC incidentibus, et trapezio in triangulum ACD abeunte, aequatio primo inventa in hanc abit: $d\sin.(\omega+\psi) = f\sin.\psi$, unde haec ſolita analogia trigonometrica: $f : \sin.(\omega+\psi) = d : \sin.\psi$, quo igitur ipſo aequationes et operationes verificantur.

Scholion VIII.

§. 87. Per poſitionem aequalitatis anguli A cum duobus rectis, nova ratione ad triangula ſpectans ſolvitur problema, quod tum obtinet, cum recta AC, ab angulo C ad baſin quomodocunque ducta quaeritur, nam in triangulo totali BCD, dantur latus CD et AB, ſegmentum lateris BD, et omnes anguli. In triangulo partiali ABC non dantur niſi duo, nempe latus AB, et angulus

angulus adjacens B; in altero partiali ACD, neque dantur nisi duo, puta latus CD, et angulus D: et tamen hac methodo tetragonometrica omnia triangula solvuntur; licet id ipsum etiam aliis methodis praestetur. Alterum ad triangula spectans solveretur problema novum, quando quaeritur angulus B, siquidem solutio satis utilis commoda et generalis pro inveniendo angulo B ex aequatione primo inventa erui posit. Caeteri casus etiamsi nova quadam ratione tetragonometrice solvantur, tamen etiam trigonometrice solvi possunt; cum si quaeratur segmentum AB in triangulo totali, tria data habeantur; et st quaeratur AD in triangulo ABC, etiam tria habeantur. Positione aequalitatis anguli C, cum duobus rectis novum rursus ad triangula spectans solveretur problema, siquidem ut modo dixi solutio satis commoda et utilis pro angulo B generalis haberetur; in hoc enim casu in triangulo totali ABD, non dantur nisi duo, puta angulus A, et latus AB, in partiali ABC non habentur nisi duo, puta latus AB et latus AC, nec in partiali ACD dantur nisi duo, latus AC et CD, et tamen omnia triangula solverentur.

Scholion IX.

§. 88. In hoc problemate aequatio inventa valet in hypothesi figurae constructae, quando scilicet angulus B est acutus et angulus ACD etiam acutus, sed ita ut summa earundem excedat rectum. Quod si enim eorundem summa sit recto minor valet haec aequatio: $d\,\textit{sin.}(\omega+\lambda+\psi)=$ $= a\,\textit{sin.}\,\lambda \cos(\psi-\lambda) - \textit{sin.}(\psi-\lambda)\sqrt{}(f^2-a^2\,\textit{sin.}\,\lambda^2)$

ſiquidem angulus A ſit major anguli B; ſi vero angulus B excedat angulum A, valet haec: $d\,\sin.(\omega+\lambda+\psi) = \sin.(\lambda-\psi)\sqrt{(f^2-a^2\sin.\lambda^2)} + a\sin.(\lambda-\psi)$. Si angulus B ſit obtuſus et major angulo A, valet haec aequatio: $d\,\sin.(\omega+\lambda+\psi) = \sin.(\lambda-\psi)\sqrt{(f^2-a^2\sin\lambda^2)} + a\sin.\lambda\cos.(\lambda-\psi)$. Si vero A ſit major quam B habetur haec: $d\,\sin.(\omega+\lambda+\psi) = a\sin.\lambda\cos.(x-\lambda) - \sin.(\psi-\lambda)\sqrt{(f^2-a^2\sin.\lambda^2)}$. Generalis igitur aequatio pro omni trapezio directo eſt hujusmodi: $d\,\sin.(\omega+\lambda+\psi) = \sin.\left(\begin{smallmatrix}\lambda\pm\psi\\ \psi-\lambda\end{smallmatrix}\right)\sqrt{(f^2-a^2\sin.\lambda^2)} + a\sin.\lambda\cos.\left(\begin{smallmatrix}\lambda\pm\psi\\ \psi-\lambda\end{smallmatrix}\right)$ ubi me non monente apparet propter ambiguum ſignum radicale et ambiguam naturam coſinus fieri poſſe, ut uterque terminus etiam negative ſit accipiendus. Si trapezium ſit partialiter inverſum, ita ut totum triangulum ADC, cadat intra triangulum ABC, anguli autem aequationem ingredientes ſint acuti, valet haec aequatio: $d\,\sin.(\omega+\lambda+\psi) = \sin.(\lambda+\psi)\sqrt{(f^2-a^2\sin.\lambda^2)} + a\sin.\lambda\cos.(\lambda+\psi)$, quae nihil differt ab ea, quae in reſolutione fuit inventa. Si trapezium ſit totaliter inverſum cadente latere AD intra latus AB, et latere CD extra latus CB, prodit haec aequatio: $d\,\sin.(\lambda+\psi-\omega) = \sin.(\lambda+\psi)\sqrt{(f^2-a^2\sin\lambda^2)} + a\sin.\lambda\cos.(\lambda+\psi)$. Quod ſi vero AD cadat extra latus AB, et latus CD intra latus CB; exiſtente angulo B majore quam DAB, obtinet haec aequatio: $d\,\sin.(\omega+\lambda-\psi) = \sin.(\lambda-\psi)\sqrt{(f^2-a^2\sin.\lambda^2)} + a\sin.\lambda\cos.(\lambda-\psi)$ Si vero caeteris manentibus iisdem contingat, angulum DAB excedere angulum B, obtinet haec:

$d\,\sin.$

$d\ \mathit{fin.} (\omega+\lambda-\psi) = -\mathit{fin.} (\psi-\lambda) \sqrt{} (f^2 - a^2 \mathit{fin.} \lambda^2) + a\ \mathit{fin.} \lambda\ \mathit{cos.} (\psi-\lambda)$ Si totum triangulum ABC cadat intra triangulum ADC, exiſtente trapezio partialiter inverſo et angulo B majore ſimul ſumtis angulis BAD et BCD, habetur haec aequatio: $d\ \mathit{fin.} (\lambda - \omega - \psi) = \mathit{fin.} (\lambda - \psi) \sqrt{} (f^2 - a^2 \mathit{fin.} \lambda^2) + a\ \mathit{fin.} \lambda\ \mathit{cos.} (\lambda - \psi)$. Si vero ſumma angulorum BAD, et BCD excedat angulum B, prodit haec aequatio: $d\ \mathit{fin.} (\omega+\psi-\lambda) = -\mathit{fin.} (\psi-\lambda \sqrt{} (f^2 - a^2 \mathit{fin.} \lambda^2) + a\ \mathit{fin.} \lambda\ \mathit{cos.} (\psi-\lambda)$. Si angulus B ponatur obtuſus et caeteri anguli aequationem et figuram ingredientes, ſive acuti ſive obtuſi, cum ipſo in aequatione et figura combinentur, plures iſtis variationes in aequatione non occurrunt, exceptis iis, quae ex ambiguitate ſigni radicalis et coſinus oriuntur. Generaliſſima igitur aequatio erit hujusmodi:

$$d\ \mathit{fin.} (\pm \omega \pm \lambda \pm \psi) = \mathit{fin.} \begin{pmatrix} \lambda \pm \psi \\ \psi - \lambda \end{pmatrix} \sqrt{} (f^2 - a\ \mathit{fin.} \lambda^2) + a\ \mathit{fin.} \lambda\ \mathit{cos.} \begin{pmatrix} \lambda \pm \psi \\ \psi - \lambda \end{pmatrix}.$$

Problema VII.

§. 89. In figura quadrilatera $ABCD$, inter haec ſex: latus $AB=a$, $BC=b$, diagonalem $AC=f$, et angulos, $A=\psi$, $C=\omega$, $D=\varphi$; aequationem invenire Fig. VII.

Solutio.

1) Per nota principia Geometrica erit nomen derivativum anguli quarti $B=2\pi-\omega-\varphi-\psi$ et hinc $\mathit{cos.}\ B = \mathit{cos.} (\omega+\varphi+\psi)$.

2) Ab angulo C cadat in latus oppoſitum AB perpendicularis Cc.

E 2 3) Hinc

3) Hinc in triangulo ABC per Euclid. Elem. II. 11. pervenio ſtatim ad hanc aequationem $AC^2 = AB^2 + BC^2 - 2AB.Bc$, et ſymbolis ſubſtitutis habetur: $f^2 = a^2 + b^2 + 2ab\ cos.(\omega + \varphi + \psi)$. Q. E. I.

Coroll. I.

§. 90. Ex hac aequatione eſt diagonalis, $AC = f = \sqrt{(a^2 + b^2 \pm 2ab\ cos.(\omega + \varphi + \psi))}$; latus $AB = a = \pm b\ cos.(\omega + \varphi + \psi) \pm \sqrt{(f^2 - b^2\ fin.(\omega + \varphi + \psi)^2)}$, et latus $BC = b = \pm a\ cos.(\omega + \varphi + \psi) \pm \sqrt{(f^2 - a^2\ fin.(\omega + \varphi + \psi)^2)}$.

Coroll. II.

§. 91. Sed eſt angulus $A = \psi = ang.\ cos. \pm \frac{(a^2 + b^2 - f^2)}{2ab} - \omega - \varphi$ angulus $C = \omega = ang. \pm cos. \frac{(a^2 + b^2 + f^2)}{2ab} - \varphi - \psi$, denique angulus $D = \varphi = ang.\ cos. \frac{(a^2 + b^2 - f^2)}{2ab} - \omega - \psi$.

Coroll. III.

§. 92. Si ipſorum angulorum ſinus quaerantur, habentur hae aequationes pro ſingulis angulis: $fin.\psi = \frac{(f^2 - a^2 - b^2)\ fin.(\omega + \varphi) \pm}{2ab}$ $\frac{\pm\ cos.(\omega + \varphi)\sqrt{(4a^2b^2 - (a^2 + b^2 - f^2)^2)}}{2ab}$

$fin.\varphi =$

$$\text{fin. } \varphi = \frac{(f^2 - a^2 - b^2)\ \text{fin. } (\omega + \psi) \pm}{2ab}$$
$$\frac{\pm \cos. (\omega + \psi) \sqrt{(4a^2 b^2 - (a^2 + b^2 - f^2)^2)}}{2ab}$$
$$\text{fin. } \omega = \frac{(f^2 - a^2 - b^2)\ \text{fin. } (\varphi + \psi) \pm}{2ab}$$
$$\frac{\pm \cos. (\varphi + \psi) \sqrt{(4a^2 b^2 - (a^2 + b^2 - f^2)^2)}}{2ab}$$

Scholion I.

§. 93. Sex cafuum qui in aequatione implicantur nullus eft Tetiagonometriae proprius, fed utrique methodo et Trigonometricae et Tetragonometricae communes, conftructionem trigonometricam pro diagonali aequatio tetragonometrica fuppeditat, pro lateribus et angulis conftructiones et folutiones tam funt faciles et fimplices ut folutionibus trigonometricis parum vel nihil cedant.

Coroll. IV.

§. 94. Si anguli diagonaliter oppofiti fimul fumti fint aequales duobus rectis, fit $f^2 = a^2 + b^2 \pm 2ab \cos. \varphi$. Si adjacentes lateri infimo AD fimul fumti fint aequales duobus rectis, ut prodeat trapezium parallelarum bafium AB, CD, fit aequatio: $f^2 = a^2 + b^2 \pm 2ab \cos. \omega$. Si adjacentes lateri CD duobus rectis aequales, ut prodeat trapezium parallelarum bafium AD, CB, fit aequatio: $f^2 = a^2 \pm b^2 + 2ab \cos. \psi$.

Coroll. V.

§. 95. Si angulus A duobus rectis aequalis, abeunte quadrilatero in triangulum BCD, fit aequatio: $f^2 = a^2 + b^2 \pm 2ab\ cos.\ (\omega + \varphi)$. Si D duobus rectis aequalis abeunte trapezio in triangulum ABC fit: $f^2 = a^2 + b^2 \pm 2ab\ cos.\ (\omega + \psi)$; Si angulus C duobus rectis aequalis, abeunte trapezio in triangulum $B\ A\ D$, fit: $f^2 = a^2 + b^2 \pm 2ab\ cos.\ (\varphi + \psi)$.

Coroll. VI.

§. 96. Si anguli diagonaliter oppositi aequentur simul uni recto, habetur haec aequatio: $f^2 = a^2 + b^2 \pm 2ab\ sin.\ \varphi$; Si adjacentes lateri AD simul sumti uni recto aequales, fit aequatio: $f^2 = a^2 + b^2 \pm 2ab\ sin.\ \psi$.

Coroll. VII.

§. 97. Si diagonaliter oppositi simul sumti aequentur tribus rectis, habetur pro figura haec aequatio: $f^2 = a^2 + b^2 \pm 2ab\ sin.\ \varphi$; Si adjacentes lateri AD, aequales tribus rectis, fit aequatio: $f^2 = a^2 + b^2 \pm 2ab\ sin.\ \omega$; Si adjacentes lateri $C\ D$ aequales tribus rectis, fit: $f^2 = a^2 + b^2 + 2ab\ sin.\ \psi$.

Coroll. VIII.

§. 98. Si anguli A, D, C, ponantur sigillatim aequales tribus rectis, cadente in singulo casu vertice ultra diagonalem intra vel extra triangulum remotius, et prodeunte trapezio inverso, fit

in

in primo casu aequatio: $f^2 = a^2 + b^2 \pm 2ab\,\mathit{sin.}(\omega + \varphi)$
in secundo: $f^2 = a^2 + b^2 \pm 2ab\,\mathit{sin.}\,(\omega + \psi)$
in tertio: $f^2 = a^2 + b^2 \pm 2ab\,\mathit{sin.}\,(\varphi + \psi)$.

Scholion II.

§. 99. Aequatio hujus problematis pro trapezio directo generalis haec est: $f^2 = a^2 + b^2 \mp 2ab\,\mathit{cos.}\,(\omega + \varphi + \psi)$. Si trapezium sit partialiter inversum, ut totum triangulum ADC cadat intra triangulum ABC, valet haec aequatio: $f^2 = a^2 + b^2 - 2ab\,\mathit{cos.}\,(\varphi - \omega - \psi)$. Quod si latus AD cadat intra latus AB, latus autem CD extra latus CB, ut trapezium sit totaliter inversum, erit aequatio: $f^2 = a^2 + b^2 - 2ab\,\mathit{cos.}\,(\varphi + \omega - \psi)$; Si vero trapezium ita sit totaliter inversum, ut latus AD cadat extra latus AB, latus autem CD intra latus CB, habetur haec aequatio: $f^2 = a^2 + b^2 - 2ab\,\mathit{cos.}\,(\varphi + \psi - \omega)$. Quod si trapezium ita sit partialiter inversum, ut totum triangulum ABC cadat intra triangulum ADC; prodit aequatio in resolutione problematis inventa. Si angulus B obtusus ponatur, et caeteri cum ipso sive acuti sive obtusi quomodocunque combinentur, eaedem aequationes prodibunt, quare generalis aequatio erit hujusmodi: $f^2 = a^2 + b^2 + 2ab\,\mathit{cos.}\,(\varphi \pm \omega \pm \psi)$.



CAPUT IV.

Continens tria problemata secundae classis particularis, sub priore principali contentae.

Problema VIII.

Fig. VIII. 1. §. 100. In figura quadrilatera rectilinea ABC, inter haec sex latus $AB=a$, diagonalem $AC=f$, latus $AD=c$, atque tres angulos $A=\psi$, $ACB=\alpha$, et $ACD=\beta$; aequationem invenire.

Solutio.

1) In triangulo sinistro formo hanc analogiam: $AB : \text{sin.}\ ACB = AC : \text{sin.}\ B$ et substitutis symbolis $a : \text{sin.}\ \alpha = f : \text{sin.}\ B = \frac{f\ \text{sin.}\ \alpha}{a}$, consequenter $\text{cos.}\ B = \frac{\sqrt{(a^2 - f^2\ \text{sin.}\ \alpha^2)}}{a}$

2) Ex datis nominibus primitivis angulorum A, ACB, ACD, formo nomen derivativum sinus et cosinus summae eorundem, quorum prius $\text{sin.}\ (\alpha+\beta+\psi)$, posterius $\text{cos.}\ (\alpha+\beta+\psi)$.

3) Ex his, et ex sinu cosinuque anguli B, formo sinum summae trium angulorum, A, B, C, et obtineo $\text{sin.}\ (A+C+B) = \frac{-\text{sin.}\ (\alpha+\beta+\psi)}{a}$

$$\frac{\sqrt{(a^2-f^2\ \text{sin.}\ \alpha^2)} - f\ \text{sin.}\ \alpha\ \text{cos.}\ (\alpha+\beta+\psi)}{a}$$

4) Cum

4) Cum fit $fin.\ ((A+B+C+D)-(A+B+C)) = fin.\ (2\pi - (A+B+C)) = fin.\ D$, erit propter $fin.\ 2\pi = 0$, et $cos.\ 2\pi = 1$,

$$fin.\ D = \frac{fin.\ (\alpha+\beta+\psi) \surd (a^2 - f^2\, fin.\ \alpha^2) + f\, fin.\ \alpha\ cos.\ (\alpha+\beta+\psi)}{a}$$

et in triangulo ABC pervenio ad hanc analogiam. $AC : fin.\ D = AD : fin.\ ACD$, h. e.

$$f : \frac{fin.\ (\alpha+\beta+\psi) \surd (a^2 - f^2 fin.\ \alpha^2) + f\, fin.\ \alpha\ cos.\ (\alpha+\beta+\psi)}{a} = c : fin.\ \beta,$$

et consequenter habetur: $a\, f\, fin.\ \beta = c\, fin.\ (\alpha+\beta+\psi) \surd (a^2 - f^2\, fin.\ \alpha^2) + f c\, fin.\ \alpha.\ cos.\ (\alpha+\beta+\psi)$ Q. E. I.

Scholion I.

§. 101. Sinum fummae trium angulorum, A, B, C, in folutione fumfi negativum, quia in figura conftructa haec fumma excedit duos rectos, ac inter duos et tres rectos cadit. Sed prolixius ad eandem aequationem perveniffem et angulorum B, et ACB, formatis finibus et cofinibus, formando finum et cofinum anguli tertii CAB, et ex his, nec non finu cofinuque anguli A, conficiendo finum et cofinum anguli CAD, denique ex his, et ex finu cofinuque anguli ACD, componendo finum quaefitum anguli D. Sic enim prodiiffet

$$fin.\ D = \frac{- fin.\ (\alpha+\beta+\psi) \surd (a^2 - f^2\, fin.\ \alpha^2) - f\, fin.\ \alpha\ cos.\ (\alpha+\beta+\psi)}{a}$$

 et

et aequatio $a f \text{ fin.} \beta = - c \text{ fin.} (\alpha+\beta+\psi) \surd(\alpha^2 - f^2 \text{ fin.} \alpha^2) - c f \text{ fin.} \alpha \cos. (\alpha+\beta+\psi)$, quae fignis tantum a priori differt, quae tum ex natura finuum & cofinuum, tum etiam ex natura figni radicalis ambigua effe poffunt.

Scholion II.

§. 102. Altera folutio obtinetur formando in triangulo ABC hanc analogiam $AD : \text{fin.} ACD = AC : \text{fin.} D$. h. e. $c : \text{fin.} \beta = f : \text{fin.} D = \frac{f \text{ fin.} \beta}{c}$, et confequenter $\cos. D = \frac{\surd(c^2 - f^2 \text{ fin.} \beta)}{c}$, hinc erit finus fummae trium angulorum A, D, C, $= \text{fin.} (A+D+C) = \frac{- \text{fin.} (\alpha+\beta+\psi)}{c}$ $\frac{\surd(c^2 - f^2 \text{ fin.} \beta^2) - f \text{ fin.} \beta \cos. (\alpha+\beta+\psi)}{c}$, et confequenter $\text{fin.} B = \frac{\text{fin.} (\alpha+\beta+\psi)}{c}$ $\frac{\surd(c^2 - f^2 \text{ fin.} \beta^2) + f \text{ fin.} \beta \cos. (\alpha+\beta+\psi)}{c}$; et in triangulo ACD pervenietur ad hanc analogiam. $AC : \text{fin.} B = AB : \text{fin.} ACB$. h. e. $f : \text{fin.} \frac{(\alpha+\beta+\psi) \surd(c^2 - f^2 \text{ fin.} \beta^2) +}{c}$ $\frac{+ f \text{ fin.} \beta \cos. (\alpha+\beta+\psi)}{c} = a : \text{fin.} \alpha$ et ad hanc aequationem: $c f \text{ fin.} \alpha = a \text{ fin.} (\alpha+\beta+\psi) \surd(c^2 - f^2 \text{ fin.} \beta^2) + a f \text{ fin.} \beta \cos. (\alpha+\beta+\psi)$ Si ex aequatione priore radix quadratica quaeratur;

tur; $c f \text{ſin.}\, \alpha$ hujus dextrum membrum tanquam radix obtinetur, quoad omnia cum ipſo conveniens, niſi quod per naturam radicis quadraticae terminum ſigno radicali affectum, duplici ſigno affici contingat, et affirmativo ſigno adhibito, prodeat dextrum membrum. Quod ſi vero ex aequatione eadem prout in ſcholio praecedenti inventa fuit cum ſignis negativis quaeratur $c f \text{ſin.}\, \alpha$, idem obtinetur, niſi quod terminus dextimus prodeat negativus, id quod naturae coſinus non repugnat. Quod ſi ergo ex aequatione hac poſteriore per extractionem radicis quadraticae quaeram $a f \text{ſin.}\, \beta$, obtinetur aequatio primo inventa. Cum igitur harum aequationum una ſit radix alterius, pro realiter diverſis habendae non ſunt, ſed formis quibus primo prodierunt tantum diſcrepant.

Coroll. I.

§. 103. Ex aequatione obtinetur facillime latus $A\,D == c ==$

$$\frac{f\,c\,\text{ſin.}\,\alpha}{\text{ſin.}(\alpha+\beta+\psi)\sqrt{}(a^2-f^2\,\text{ſin.}\,\alpha^2)+f\,\text{ſin.}\,\alpha\cos.(\alpha+\beta+\varphi)}$$

Sed ex poſteriore h. e. ex priore in formam poſteriorem transmutata habetur latus $A\,B == a ==$ $= f\,c\,\text{ſin.}\,\alpha : (\text{ſin.}\,(\alpha+\beta+\psi)\sqrt{}(c^2-f^2\,\text{ſin.}\,\beta^2)+ f\,\text{ſin.}\,\beta\cos.\,(\alpha+\beta+\psi))$.

Coroll. II.

§. 104. Ex poſteriore aequatione, ſive ex priore in formam poſterioris transmutata, obtinetur pro angulo $A\;C\;B$ haec aequatio:

tang.

$tang.\ \alpha =$
$$\frac{af\,fin.\beta\,cos.(\beta+\psi)+a\,fin.(\beta+\psi)\sqrt{(c^2-f^2\,fin.\beta^2)}}{cf+af\,fin.\beta\,fin.(\beta+\psi)-a\,cos.(\beta+\psi)\sqrt{(c^2-f^2\,fin.\beta^2)}}$$
etiam haec paullo fimplicior divendo per $cos.(\beta+\psi)$
$tang.\ \alpha =$
$$\frac{af\,fin.\beta+a\,tang.(\beta+\psi)\sqrt{(c^2-f^2\,fin.\beta^2)}}{fc\,fec.(\beta+\psi)+af\,fin.\beta\,tang.(\beta+\psi)-a\sqrt{(c^2-f^2\,fin.\beta^2)}}$$
Sed ex aequatione priore, vel etiam pofteriore in formam prioris transfufa, pro angulo $A\ C\ D$ habetur haec aequatio:
$tang.\ \beta =$
$$\frac{fc\,fin.\alpha\,cos.(\alpha+\psi)+c\,fin.(\alpha+\psi)\sqrt{(a^2-f^2\,fin.\alpha^2)}}{fa+fc\,fin.\alpha\,fin.(\alpha+\psi)-c\,cos.(\alpha+\psi)\sqrt{(a^2-f^2\,fin.\alpha^2)}}$$
vel etiam haec altera paullo fimplicior:
$tang.\ \beta =$
$$\frac{fc\,fin.\alpha+c\,tang.(\alpha+\psi)\sqrt{(a^2-f^2\,fin.\alpha^2)}}{fa\,fec.(\alpha+\psi)+fc\,fin.\alpha\,tang.(\alpha+\psi)-c\sqrt{(a^2-f^2\,fin.\alpha^2)}}$$

Coroll. III.

§. 105. Pofito vel abbreviandum $fin.\ \beta = m$, $fin.\psi = x$, $cos.\psi = \sqrt{(1-x^2)}$, $fc\,fin.\alpha\,fin.(\alpha+\beta) + c\ cos.(\alpha+\beta)\sqrt{(a^2-f^2\ fin.\alpha^2)} = A$ et $fc\,fin.\alpha\,cos.(\alpha+\beta)+c\,fin.(\alpha+\beta)\sqrt{(a^2-f^2\,fin.\alpha^2)} = B$, factis fubftitutionibus obtinetur haec aequatio: $amf - Ax = B\sqrt{(1-x^2)}$, ex qua operatione abfoluta habetur pro angulo A.
$$x = \frac{Aamf \pm B\sqrt{(A^2+B^2-a^2m^2f^2)}}{A^2+B^2} = fin.\ \phi.$$
Sed aequationem priorem quadrando, terminum $a^2f^2 fin.\beta^2$ multiplicando per $fin.(\alpha+\beta+\phi^2)+cos.(\alpha+\beta+\phi)^2 = 1$, et radicem quadraticam extra-

extrahendo, operatione abſoluta pervenitur ad hanc aequationem pro angulo A

$$tang.\ (\alpha+\beta+\psi) = \frac{c^2 f fin.\alpha \sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)} \pm a^2 f fin.\beta \sqrt{(c^2-f^2 fin.\beta^2)}}{(af fin.\beta + c\sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)})af fin.\beta - c\sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)})}$$

et conſequenter ipſe angulus A.

$$\psi = ang.\ tang.\ \frac{(c^2 f fin.\alpha \sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)} \pm a^2 f fin.\beta \sqrt{(c^2-f^2 fin.\beta^2)}}{(af fin.\beta + c\sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)})(af fin.\beta - c\sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)})} - \alpha - \beta$$

Coroll. IV.

§. 106. Ex utraque aequatione idem pro diagonali valor obtinetur nimirum, hic ex priore:

$$f = \frac{a\ c\ fin.\ (\alpha+\beta+\psi)}{\sqrt{(a fin.\beta - c fin.\alpha cos(\alpha+\beta+\psi))^2 + c^2 fin.\alpha^2 fin.(\alpha+\beta+\psi)^2)}}$$

ex poſteriore hic:

$$f = \frac{a\ c\ fin.\ (\alpha+\beta+\psi)}{\sqrt{(c fin.\alpha - a fin.\beta cos.(\alpha+\beta+\psi))^2 + a^2 fin.\beta^2 fin.(\alpha+\beta+\psi)^2)}}$$

quarum expreſſionum una in alteram facile mutatur, ut ex utraque prodeat:

$$f = \frac{a\ c\ fin.\ (\alpha+\beta+\psi)}{\sqrt{(c^2 fin.\alpha^2 - 2ac fin.\alpha fin.\beta cos.(\alpha+\beta+\psi) + a^2 fin.\beta^2)}}$$

Scholion III.

§. 107. Ita ergo evoluti ſunt ſex illi caſus qui in aequatione tetragonometrica continentur, horum vero quinque non ſunt Tetragonometriae proprii, ſed utrique methodo et tetragonometricae et trigonometricae ſubſunt, quos tamen ideo evolvi, quia ex aequatione ſine labore eruuntur, facilius tamen et expeditius fere trigonometrice ſolvun-

ſolvuntur, et per Geometriam elementarem. Solus ille caſus, quo diagonalis quaeritur, eſt Tetragonometriae proprius, neque enim trigonometrice ſolvitur, continet vero hic caſus problema in Geometria practica novum, utile pulchrum et egregium.

Coroll. V.

§. 108. Si anguli diagonaliter oppoſiti ponantur ſimul ſumti aequales duobus rectis, aequatio utraque mutatur in hanc: $\alpha\ fin.\ \beta = - c\ fin.\ \alpha$, ubi ſigni negativi ratio habenda non eſt, cum nihil indicet niſi ſinus angulorum ACB et ACD cadere in partes oppoſitas reſpectu diagonalis, uti revera in figura ſe res habet, unde prodit haec analogia: $a : c = fin.\ \alpha : fin.\ \beta$, quae ſuppeditat hoc Theorema:

Si in trapezio circulo inſcriptibili ducatur diagonalis; erunt latera contigua inter ſe ut ſinus angulorum ipſis oppoſitorum. Eſt enim in utroque triangulo $AB : fin.\ ACB = AC : fin.\ B$, et $AD : fin.\ ACD = AC : fin.\ D$; ſed ex hypotheſi ſequitur, reliquos etiam angulos diagonaliter oppoſitos B et D eſſe ſimul ſumtos duobus rectis aequales. Cum igitur ſit unus alterius complementum ad ſemicirculum, uterque eundem habet ſinum, et hinc ſequitur eſſe $AB : fin.\ ACB = AD : fin.\ ACD$. Eodem modo ſequitur eſſe $AD : fin.\ ABD = DC : fin.\ DBC$, unde porro ſequitur demonſtratio Theorematis §. 57. allati, eſſe nimirum $AC : fin.\ B = BD : fin.\ E$.

Coroll.

Coroll. VI.

§. 109. Si angulus A ponatur aequalis duobus rectis, lateribus datis AB, AD, in diagonalem BD incidentibus et trapezio in triangulum BCD mutato; aequatio pro diagonali in hanc abit:

$$f = \frac{ac \text{ fin. } (\alpha+\beta)}{\sqrt{((a \text{ fin. } \beta \pm c \text{ fin. } \alpha \cos.(\alpha+\beta))^2 + c^2 \text{ fin. } \alpha^2 \text{ fin. } (\alpha+\beta)^2)}},$$

vel etiam in hanc alteram:

$$f = \frac{ac \text{ fin. } (\alpha+\beta)}{\sqrt{(a^2 \text{ fin } \beta^2 \pm 2ac \text{ fin. } \alpha \text{ fin. } \beta \cos.(\alpha+\beta) + c^2 \text{ fin. } \alpha^2)}}.$$

Si vero angulus C ponatur aequalis duobus rectis, lateribus BC, CD in diagonalem BD incidentibus et trapezio iterum in triangulum BAD abeunte, obtinetur haec aequatio pro diagonali:

$$f = \frac{ac \text{ fin. } \psi}{\sqrt{(c \text{ fin. } \alpha \pm a \text{ fin. } \beta \cos. \psi)^2 + a^2 \text{ fin. } \beta^2 \text{ fin. } \psi^2)}}$$

vel etiam haec altera:

$$f = \frac{a \text{ fin. } \psi}{\sqrt{(c^2 \text{ fin. } \alpha^2 \pm 2ac \text{ fin. } \alpha \text{ fin. } \beta \cos. \psi + a^2 \text{ fin. } \beta^2)}}$$

vel etiam unum angulorum α et β eliminando habetur $f = \frac{ac \text{ fin. } \psi}{\text{fin. } \alpha \sqrt{(c^2 \pm 2ac \cos. \psi + a^2)}}$ vel etiam $f = \frac{ac \text{ fin. } \psi}{\text{fin. } \beta \sqrt{(c^2 \pm 2ac \cos. \psi + a^2)}}$

Scholion IV.

§. 110. Prior positio de triangulo BCD, tetragonometrice solvit hoc problema: Ex dato latere toto BD et partibus ejus EB, ED, et angulis ECB, ECD invenire rectam EC, et resolvere

folvere triangula ECB, ECD. Pofterior pofitio de triangulo BAD folvit hoc problema: Ex datis lateribus et angulo intercepto, nec non angulis AEB, AED, invenire rectam AE, et refolvere triangula. Prius problema aliis methodis non, hoc pofterius vulgari etiam methodo folvitur.

Coroll. VII.

Fig. VIII. 2. §. 111. Si angulus A ponatur tribus rectis aequalis, lateribus datis AB, AD fupra diagonalem BD cadentibus, prodibit pro diagonali haec aequatio:

$$f = \frac{ac\ \text{cof.}\ (\alpha+\beta)}{\sqrt{((a\,\text{fin.}\beta + c\,\text{fin.}\alpha\,\text{fin.}(\alpha+\beta))^2 + c^2\,\text{fin.}\alpha^2\,\text{cof.}(\alpha+\beta)^2)}}$$

vel etiam haec:

$$f = \frac{ac\ \text{cof.}\ (\alpha+\beta)}{\sqrt{(c^2\,\text{fin.}\,\alpha + 2ac\,\text{fin.}\,\alpha\,\text{fin.}\,\beta\,\text{fin.}\,(\alpha+\beta) + a^2\,\text{fin.}\,\beta^2)}}$$

Quod fi vero angulus C ponatur aequalis tribus rectis, lateribus CB, CD, infra diagonalem BD cadentibus; prodibit pro diagonali haec aequatio:

$$f = \frac{ac\ \text{cof.}\ \psi}{\sqrt{((a\,\text{fin.}\,\beta \pm c\,\text{fin.}\,\alpha\,\text{fin.}\,\psi)^2 + c^2\,\text{fin.}\,\alpha^2\,\text{cof.}\,\psi^2)}}$$

vel etiam

$$f = \frac{ac\ \text{cof.}\ \psi}{\sqrt{(a^2\,\text{fin.}\,\beta^2 \pm 2ac\,\text{fin.}\,\alpha\,\text{fin.}\,\beta\,\text{fin.}\,\psi + c^2\,\text{fin.}\,\alpha^2)}}$$

vel etiam alterutrum angulum α, β eliminando habetur

$$f = \frac{ac\ \text{cof.}\ \psi}{\sqrt{(a^2\,\text{fin.}\,\beta^2 \pm 2ac\,\text{fin.}\,\beta\,\text{cof.}\,\beta\,\text{fin.}\,\psi + c^2\,\text{cof.}\,\beta^2)}}$$

et

et dividendo per *cos.* β^2 aequatio in hanc mutatur:

$$f = \frac{ac\ cos.\psi\ sec.\beta^2}{\sqrt{(a^2 \pm 2ac\ sin.\psi\ tang.\beta + \alpha^2\ tang.\beta^2)}}$$

vel etiam eliminando β et per *cos.* α dividendo habetur.

$$f = \frac{ac\ cos.\varphi\ sec.\alpha.}{\sqrt{(a^2 \pm 2ac\ sin.\psi\ tang.\alpha + c^2\ tang.\alpha^2)}}.$$

Scholion V.

§. 112. In his duobus casibus prodit trapezium, cujus una diagonalis cadit extra figuram, quod ex parte inversum appello, sed totaliter inversum trapezium voco, cujus utraque diagonalis cadit extra figuram, his enim trapeziis ob figuram insolitam et paradoxam, peculiare nomen imponere operae praetium videtur, etiam si hactenus id a Geometris factum non fuerit; directum ergo trapezium est, cujus utraque diagonalis cadit intra figuram. Fig.VIII. 3.

Coroll. VIII.

§. 113. Quod si unus angulorum ACB, ACD respectu sui negativus ponatur, hoc est, si angulus $ACD = \beta$, qui in figura primo proposita cadit ad dextram diagonalis, cadat ad sinistram ejusdem, vel e contra, angulus ACB ad sinistram cadens, ad dextram sit positus, prodibit in utroque casu trapezium inversum, et pro casu priore habetur pro diagonali extra figuram cadente:

$$f = \frac{ac\ sin.(\alpha+\beta+\psi)}{\sqrt{((\pm c\ sin.\alpha\ cos.(\alpha-\beta+\psi) - a\ sin.\beta)^2 + c^2\ sin.\alpha^2\ sin.(\alpha-\beta+\psi^2))}}$$

F vel

vel etiam:

$$f = \frac{a\,c\,\text{ſin.}(\alpha - \beta + \psi)}{\sqrt{(c^2\,\text{ſin.}\,\alpha^2 \pm 2ca\,\text{ſin.}\,\alpha\,\text{ſin.}\,\beta\,\text{cos.}(\alpha - \beta + \psi) + a^2\,\text{ſin.}\,\beta^2)}}$$

Sed pro caſu poſteriore habentur hae plane ſimiles:

$$f = \frac{a\,c\,\text{ſin.}\,(\beta - \alpha + \psi)}{\sqrt{((\pm a\,\text{ſin.}\,\beta\,\text{cos.}(\beta - \alpha + \psi) - c\,\text{ſin.}\,\alpha)^2 + a^2\,\text{ſin.}\,\beta^2\,\text{ſin.}\,\beta - \alpha + \psi^2))}}$$

vel etiam:

$$f = \frac{a\,c\,\text{ſin.}\,(\beta - \alpha + \psi)}{\sqrt{(c^2\,\text{ſin.}\,\alpha \pm 2ac\,\text{ſin.}\,\alpha\,\text{ſin.}\,\beta\,\text{cos.}(\beta - \alpha + \psi) + a^2\,\text{ſin.}\,\beta^2))}}$$

Coroll. IX.

§. 114. Quod ſi in his poſitionibus praeterea ponantur anguli α et β aequales inter ſe, latus CD cadet ſuper latus BC et ſic diagonali una extra figuram cadente, altera neque intra neque extra figuram cadet, ſed incidet in latus BC, ut partem ejus conſtituat CD, et ſic nova prodiret ſpecies trapezii, niſi majore jure haberetur pro triangulo, uno latere producto, in hoc autem caſu habetur pro diagonali extra figuram haec aequatio:
$f = ac\,\text{ſin.}\,\psi : \text{ſin.}\,\alpha \sqrt{(c^2 \pm 2ac\,\text{cos.}\,\psi + a^2)}$ vel $f = ac\,\text{ſin.}\,\psi : \text{ſin.}\,\beta \sqrt{(c^2 \pm 2ac\,\text{cos.}\,\psi + a^2)}$. Si vero latus AD longius ſit, quam ut totum intra figuram cadere poſſit, vel etiam, quod eodem recidit, angulus $ACD = \beta$ major angulo $ACB = \alpha$, prodit trapezium totaliter inverſum.

Coroll. X.

§. 115. Si anguli diagonaliter oppoſiti A, C, ponantur ſimul ſumti uni recto aequales, ita ut

ut reliqui oppofiti B, D, fiant fimul tribus rectis aequales, fiet diagonalis:

$f = \frac{ac}{\sqrt{(c^2 \text{fin.} \alpha^2 + a^2 \text{fin.} \beta^2)}}$. Si vero anguli ACB, ACD fimul fumti fint uni recto aequales, five angulus C rectus; prodibit haec aequatio: $f = ac \cos. \psi \sec. \alpha^2 : \sqrt{(c^2 \tang. \alpha \pm 2ac \tang. \alpha \text{fin.} \psi + a^2)}$ vel $f = ac \cos. \psi \sec. \beta : \sqrt{(c^2 \pm 2ac \text{fin.} \psi \tang. \beta + a^2 \tang. \beta^2)}$. Si denique angulus ACB vel ACD evanefcere ponatur, trapezio in triangulum abeunte, prodit in uno cafu $f \text{fin.} \beta = c \text{fin.} (\beta + \psi)$; in altero: $f \text{fin.} \alpha = a \text{fin.} (\alpha + \psi)$, et confequenter prodeunt analogiae trigonometricae in utroque triangulo, $f : c = \text{fin.} (\beta + \psi) : \text{fin.} \beta$, vel $c : \text{fin.} \beta = f : \text{fin.} (\beta + \psi)$, et $f : a = \text{fin.} (\alpha + \psi) : \text{fin.} \alpha$ vel $a : \text{fin.} \alpha = f : \text{fin.} (\alpha + \psi)$, quo ipfo aequationes et operationes verificantur:

Coroll. XI.

§. 116. Quod fi in aequatione priore ponatur $a = f$; in hanc mutatur: $f \text{fin.} \beta = \pm c \text{fin.} (\alpha + \beta + \psi) \cos. \alpha + c \cos. (\alpha + \beta + \psi) \text{fin.} \alpha$. Haec aequatio figno affirmativo adhibito in hanc abit: $f \text{fin.} \beta = + c \text{fin.} (2\alpha + \beta + \psi)$; verum adhibito negativo in hanc: $f \text{fin.} \beta = c \text{fin.} (\beta + \psi)$. Sed ponendo $c = f$, aequatio pofterior mutatur in hanc: $f \text{fin.} \alpha = \pm a \text{fin.} (\alpha + \beta + \psi) \cos. \beta + a \text{fin.} \beta \cos. (\alpha + \beta + \psi)$ quae figno affirmativo adhibito in hanc abit: $f \text{fin.} \alpha = a \text{fin.} (\alpha + 2\beta + \psi)$, fed negativo in hanc: $f \text{fin.} \alpha = a \text{fin.} (\alpha + \psi)$; aequationes fignis affirmativis adhibitis revera locum habent in trapezio directo, pofteriores

 locum

locum non nisi in uno casu, quo angulus $ACD = \alpha$ in altero angulo $ACD = \beta$ evanescat, et consequenter trapezium in triangulum abeat. Per positionem priorem statim sequitur esse diagonalem sive latus $AB = a = f$ $= \frac{-c\,fin.\,(2\alpha+\beta+\psi)}{fin.\,\beta}$, et latus $AD = c$ $= -f\,fin.\,\beta : fin.\,(2\alpha+\beta+\psi)$, et cum summa angulorum sit, $2\alpha+\beta+\psi = ang.\,fin.\frac{-f\,fin.\,\beta}{c} - \frac{\beta}{2} - \frac{\psi}{2}$ et angulus $\psi = ang.\,fin.\frac{-f\,fin.\,\beta}{c} - 2\alpha - \beta$; denique pro angulo ACD habetur $tang.\,\beta = \frac{-c\,fin.\,(2\alpha+\psi)}{f+c\,cos.\,(2\alpha+\psi)}$

Ex aequatione posteriore in casu evanescentis anguli ACB nihil sequitur, nisi solita in triangulo ACD analogia trigonometrica $f : fin.\,(\beta+\psi) = c : fin.\,\beta$. At vero per positionem posteriorem statim sequitur esse latus $AD = AC = f = \frac{-a\,fin.\,(\alpha+2\beta+\psi)}{fin.\,\alpha}$ et latus $AB = a = \frac{-f\,fin.\,\alpha}{fin.\,(\alpha+2\beta+\psi)}$, et propter summam angulorum $\alpha+2\beta+\psi = ang.\,fin.\frac{-f\,fin.\,\alpha}{a}$ sequitur fore angulum $\beta = \tfrac{1}{2}\,ang.\,fin.\frac{-f\,fin.\,\alpha-}{a}\tfrac{1}{2}\alpha - \tfrac{1}{2}\psi$, et angulum $A = \psi = ang.\,fin.\frac{-f\,fin.\,\alpha}{a} - \alpha - 2\beta$ denique pro angulo ACB, $tang.\,\alpha = \frac{-a\,fin.\,(2\beta+\psi)}{f+a\,cos.\,(2\beta+\psi)}$

Sed

Sed ex aequatione posteriore, quae locum habet in casu evanescentis anguli ACD, nihil sequitur nisi solita analogia trigonometrica in triangulo ACB. $a : \text{sin.}\,\alpha = f : \text{sin.}\,(\alpha + \psi)$.

Scholion VI.

§. 117. Aequatio generalis hujus problematis pro trapezio directo non recipit varietates, nisi quae ex ambiguitate signi radicalis et cosinus oriuntur. Quod si trapezium ita sit partialiter inversum ut totum triangulum ADC, cadat intra triangulum ABC; habetur haec aequatio: $af\,\text{sin.}\,\beta = fc\,\text{sin.}\,\alpha\,\text{cos.}\,(\psi + \alpha - \beta) + c\,\text{sin.}\,(\psi + \alpha - \beta)\,\surd\,(a^2 - f^2\,\text{sin.}\,\alpha^2)$ Si trapezium sit totaliter inversum cadente latere AD intra latus AB, sed latere CD extra latus CB, eadem aequatio prodit. Sin autem latus AD cadat extra latus CB, latus vero CD intra latus CB, habetur haec aequatio: $af\,\text{sin.}\,\beta = fc\,\text{sin.}\,\alpha\,\text{cos.}\,(\alpha - \beta - \psi) + c\,\text{sin.}\,(\alpha - \beta - \psi)\,\surd\,(a^2 - f^2\,\text{sin.}\,\alpha^2)$. Quod si trapezium ita sit partialiter inversum ut totum triangulum ABC cadat intra triangulum ADC, eadem habetur aequatio; plures variationes aequatio non recipit, praeter eas, quae ex ambiguitate signi radicalis et cosinus oriuntur, quare haec est aequatio generalissima: $af\,\text{sin.}\,\beta = c\,\text{sin.}\,(\alpha \pm \psi \pm \beta)\,\surd\,(a^2 - f^2\,\text{sin.}\,\alpha^2) + fc\,\text{sin.}\,\alpha\,\text{cos.}\,(\alpha \pm \psi \pm \beta)$. In his autem aequationibus posui triangulum ADC, cadere ad sinistram diagonalis, quod si vero ponatur triangulum ABC cadere ad dextram diagonalis, similes respectu α et ψ variationes obtinebunt, quae igitur prodit, si in data hac aequatione generali α et β, loca sua permutent.

Problema IX.

Fig. IX. 1. §. 118. In figura quadrilatera propoſita $ABCD$ inter haec ſex; latus $BC=b$, $CD=d$, diagonalem $AC=f$, atque tres angulos $A=\psi$, $ACB=\alpha$, $ACD=\beta$, aequationem invenire.

Solutio.

1) Ex angulo B demiſſa in diagonalem perpendicularis Bb erit $=b\,\mathit{fin}.\,\alpha$, et ſegmentum $Cb=b\cos.\alpha$, et hinc ſegmentum reſiduum $Ab = f - b\cos.\alpha$, conſequenter latus $AB = \surd(f^2+b^2-2bf\cos.\alpha)$.

2) Hinc in triangulo ABb formo hanc analogiam: $1 : AB = \mathit{fin}.\,BAB : Bb$, h. e. $1 : \surd(f^2+b^2-2ab\cos.\alpha) = \mathit{fin}.\,BAb : b\,\mathit{fin}.\,\alpha$. Fit igitur: $\mathit{fin}.\,BAb = \frac{b\,\mathit{fin}.\,\alpha}{\surd(f^2+b^2-2ab\cos.\alpha}$ et $\cos.BAb$ ſive $\mathit{fin}.\,ABb = \frac{f-b\cos.\alpha)}{\surd(f^2+b^2-2ab\cos.\alpha)}$

3) Ex his et ex ſinu coſinuque anguli A, formo ſinum et coſinum anguli CAD, et obtineo $\mathit{fin}.\,CAD = \mathit{fin}.\,(\psi - CAB) = \frac{f\,\mathit{fin}.\,\psi - b\cos.\alpha\,\mathit{fin}.\,\psi - b\,\mathit{fin}.\,\alpha\cos.\psi}{\surd(f^2+b^2-2fb\cos.\alpha)}$ $= \frac{f\,\mathit{fin}.\,\psi - b\,\mathit{fin}.\,(\alpha+\psi)}{\surd(f^2+b^2-2bf\cos.\alpha}$ Atque $\cos.(\psi - CAB) = \frac{f\cos.\psi - b\cos.\alpha\cos.\psi + b\,\mathit{fin}.\,\alpha\,\mathit{fin}.\,\psi}{\surd(f^2+b^2-2fb\cos.\alpha)}$ $= \frac{f\cos.\psi - b\cos.(\alpha+\psi)}{\surd(f^2+b^2-2fb\cos.\alpha)} = \cos.CAd.$

4) Ex

4) Ex his et ex ſinu coſinuque anguli ACD, formo ſinum anguli D, et conſequor

$$fin.\,D = \frac{f\,fin.\,\beta\,cos.\,\psi - b\,fin.\,\beta\,cos.\,(\alpha+\beta) +}{\sqrt{(f^2+b^2-2fb\,cos.\,\alpha)}}$$

$$\frac{+ f\,cos.\,\beta\,fin.\,\psi - b\,cos.\,\beta\,fin.\,(\alpha+\psi)}{\sqrt{(f^2+b^2-2fb\,cos.\,\alpha)}}$$

$$= \frac{f\,fin.\,(\beta+\psi) - b\,fin.\,(\alpha+\beta+\psi)}{\sqrt{(f^2+b^2-2fb\,cos.\,\alpha)}}.$$ Hinc denique

5) in triangulo dextro pervenio ad hanc analogiam: $AC : fin. D = CD : fin. CAD$. h. e.

$$f : \frac{f\,fin.\,(\beta+\beta) - b\,fin.\,(\alpha+\beta+\psi)}{\sqrt{(f^2+b^2-2fb\,cos.\,\alpha)}} = d : \frac{f\,fin.\,\psi - b\,fin.\,(\alpha+\psi)}{\sqrt{(f^2+b^2-2fb\,cos.\,\alpha)}},$$ vel etiam quia per leges rationum denominator conſequentium excedit, habetur haec ſimplicior analogia: $f : f\,fin.\,(\beta+\psi) - b\,fin.\,(\alpha+\beta+\psi) = d : f\,fin.\,\psi\;b\,fin.\,(\alpha+\psi)$ adeoque $f d\,fin.\,(\beta+\psi) - b d\,fin.\,(\alpha+\beta+\psi) = f^2 fin.\,\psi - f b\,fin.\,(\alpha+\psi)$.

Scholion I.

§. 119. Quod ſi incipiendo in dextro triangulo formaſſem valores linearum Dd, Cd, et hinc linearum AD, Ad, et ex his ſinum et coſinum anguli CAB, et denique ſinum anguli B, perveniſſem ad hanc aequationem priori ſimilem et prorſus eandem terminis transpoſitis $f\,fin.\,\psi - f d\,fin.\,(\beta+\psi) = f b\,fin.\,(\alpha+\psi) - b d\,fin.\,(\alpha+\beta+\psi)$; poteſt vero ad plures alias aequationes perveniri, ſed haec eſt omnium ſimpliciſſima ad quam pervenire datur.

Coroll. I.

§. 120. Ex inventa aequatione obtinetur latus $CD = d = \frac{f^2 \text{fin.}\, \psi - f b\ \text{fin.}\, (\alpha + \psi)}{f \text{fin.}\, (\beta + \psi) - b\, \text{fin.}\, (\alpha + \beta + \psi)} = f \frac{(f\ \text{fin.}\, \psi - b\ \text{fin.}\, (\alpha + \psi)}{f\ \text{fin.}\, (\beta + \psi) - b\ \text{fin.}\, (\alpha + \beta + \psi)}$ et latus $BC = b = \frac{f d\ \text{fin.}\, (\beta + \psi) - f^2\ \text{fin.}\, \psi}{d\, \text{fin.}\, (\alpha + \beta + \psi) - f\, \text{fin.}\, (\alpha + \psi),} = f \frac{(d\ \text{fin.}\, (\beta + \psi) - f\ \text{fin.}\, \psi)}{d\ \text{fin.}\, (\alpha + \beta + \psi) - f\ \text{fin.}\, (\alpha + \psi)}$ sed pro diagonali habetur haec aequatio:

$$f = \frac{b\, \text{fin.} (\alpha+\psi) + d\, \text{fin.} (\beta+\psi) \pm \surd ((b\, \text{fin.} (\alpha+\psi) + d\, \text{fin.} (\alpha+\psi))^2 - 4 b d\ \text{fin.}\, \psi\ \text{fin.}\, (\alpha + \beta + \psi)}{2\ \text{fin.}\, \psi}$$

Coroll. II.

§. 121. Pro angulo A habetur haec aequatio:

$$tang. \psi = \frac{b d\ \text{fin.}\, (\alpha + \beta) - f b\, \text{fin.}\, \alpha - f d\ \text{fin.}\, \beta}{f d \cos. \beta + f b\ \cos. \alpha - b d\ \cos. (\alpha + \beta) - f^2}$$

et consequenter

$$\psi = ang. tang. \left(\frac{b d\, \text{fin.}\, (\alpha+\beta) - f b\ \text{fin.}\, \alpha - f d\, \text{fin.}\, \beta}{f d\, \cos. \beta + f b\, \cos. \alpha - b d\, \cos. (\alpha+\beta) - f^2} \right)$$

Explicata aequatione et posito brevitatis gratia $\text{fin.}\, (\beta + \psi) = x$, et $\cos. (\beta + \psi) = \surd (1 - x)$, $\text{fin.}\, \alpha = m$, $\cos.\, \alpha = n$, $f^2 \text{fin.}\, \psi - f b\ \text{fin.}\, (\alpha + \psi) = A$; erit factis substitutionibus aequatio talis: $(f - b n)\, d x - A = b d m \surd (1 - A^2)$, ex qua operatione absoluta obtinetur haecce aequatio: $x = A$

$$x = A\frac{(f-bn) \pm bm\sqrt{((f^2+b^2-2fbn)d^2-A^2)}}{d(f^2+b^2-2fbn)} = fin.(\beta+\psi)$$

et hinc ipfe angulus

$$\beta = ang.\,fin.\frac{(A(f-bn) \pm bm\sqrt{((f^2+b^2-2bfn)d^2-A^2)})-\psi}{d(f^2+b^2-2fbn)}$$

Coroll. III.

§. 122. Similiter pofito $fin.(\alpha+\psi) = x$, $cos.(\alpha+\psi) = \sqrt{(1-x^2)}\,fin.\,\beta = m$, $cos.\,\beta = n$, $f^2\,fin.\,\psi - -fd\,fin.\,(\beta+\psi) = A$ pervenio ad hanc aequationem fimilem priori:

$$x = \frac{A(f-dn) \pm dm\sqrt{(f^2+d^2-2fdn)b^2-A^2)}}{b(f^2+d^2-2fdn)} = fin.(\alpha+\psi)$$

et hinc ipfe angulus erit:

$$\alpha = ang.\,fin.\frac{(A(f-dn) \pm dm\sqrt{((f^2+d^2-2fdn)b^2-A)^2)})-\psi}{b(f^2+d^2fdn}$$

Scholion II.

§. 123. Ita fex illi cafus qui in aequatione implicantur funt evoluti, horum quinque utrique utrique methodo et trigonometricae et tetragonometricae fubfunt, quos ideo evolvi, quia fine labore ex aequatione eruuntur, fed facilius et brevius trigonometrice, quam tetragonometrice expediuntur. Solus cafus quo diagonalis quaeritur eft Tetragonometriae proprius, neque enim trigonometrice refolvi poteft, fuppeditat vero hic cafus problema in Geometria practica novum utile fimul pulcrum et egregium.

Coroll. IV.

§. 124. Si anguli diagonaliter oppositi ponantur simul sumti aequales duobus rectis, ut quadrilaterum sit circulo inscriptibile, prodibit pro diagonali haec aequatio ab omni irrationalitate libera: $f = \frac{b\,\text{fin.}\,(\alpha+\psi) + d\,\text{fin.}\,(\beta+\psi)}{\text{fin.}\,\psi}$.

Sed praeter hunc casum datur etiam alter, quo aequatio ab omni irrationalitate liberatur, si nimirum sit $(b\,\text{fin.}\,(\alpha+\psi) + d\,\text{fin.}\,(\beta+\psi))^2 = 4bd\,\text{fin.}\,\psi\,\text{fin.}\,(\alpha+\beta+\psi)$ ut aequatio fiat $f = \frac{b\,\text{fin.}\,(\alpha+\psi) + d\,\text{fin.}\,(\beta+\psi)}{2\,\text{fin.}\,\psi}$.

Coroll. V.

§. 125. Quod si anguli diagonaliter oppositi simul sumti uni recto aequentur, eliminato angulo ψ, aequatio inventa mutatur in hanc pro diagonali:

$$f = \frac{b\cos\beta + d\cos.\alpha \pm \sqrt{((b\cos.\beta + d\cos.\alpha)^2 - 4bd\cos.(\alpha+\beta))}}{2\cos.(\alpha+\beta)}.$$

Si anguli A et ABC sint simul sumti uni recto aequales, prodit eliminato ψ pro diagonali haec aequatio:

$$f = \frac{b + d\cos.(\beta-\alpha) \pm \sqrt{((b + d\cos.(\beta-\alpha))^2 - 4bd\cos.\alpha\cos.\beta}}{2\cos.\alpha}.$$

Si vero anguli A et ACD sint simul uni recto aequales, prodit haec aequatio:

$f =$

$$f=\frac{b\cos.(\alpha-\beta)+d\pm\surd((b\cos.(\alpha-\beta)+d^2)-4bd\cos.\alpha\cos.\beta}{2\cos.\beta}$$

Si ergo fit $\alpha=\beta$, aequationes mutantur in has: $f=\frac{b+d\pm\surd(b+d)^2-4bd\cos.\alpha^2)}{2\cos\alpha}$

vel etiam: $f=\frac{b+d\pm\surd((b+d)^2-4bd\cos.\beta^2)}{2\cos.\beta}$

quae in has immutari possunt:

$$f=\frac{b+d\pm\surd(b^2+d^2-2bd\cos.2\alpha)}{2\cos.\alpha}=\frac{b+d\pm\surd(b^2+d^2-2bd\cos.2\beta)}{2\cos.\beta}$$

Coroll. VI.

§. 126. Si ponatur angulus A aequalis duobus rectis, lateribus AB, AD, in diagonalem BD incidentibus, et trapezio in triangulum abeunte, aequatio primo inventa in hanc mutatur: $-fd\,\text{sin}.\beta+bd\,\text{sin}.(\alpha+\beta)=fb\,\text{sin}.\alpha$, ex qua elicitur, $f=bd\,\text{sin}.(\alpha+\beta):(b\,\text{sin}.\alpha+d\,\text{sin}.\beta)$, qui casus ex aequatione generali pro diagonali elici nequit ob $\text{sin}.\psi=\text{sin}.\pi=o$, resolvitur autem aequatio in hanc analogiam: $b\,\text{sin}.\alpha+d\,\text{sin}.\beta : b\,\text{sin}.(\alpha+\beta)=d:f$, quae hoc suppeditat Theorema.

Si in Triangulo BCD latus DC producatur, Fig. IX. 2. in productum ab angulo B demittatur normalis Bb, et in ductam ab angulo C intra triangulum quomodocunque rectam CA demittantur ab angulis B et D normales, erit summa perpendiculorum

lorum Dd, et Bc ad perpendiculum Bb uti latus DC ad rectam AC. Si ergo anguli α et β simul sumti sint uni recto aequales, sive angulus C rectus, et recta CA normalis in latus BD, prodit nota ex elementis Geometriae proprietas trianguli rectanguli: hypothenusa est ad crus unum, ut crus alterum ad perpendiculum.

Coroll. VII.

Fig. IX. 1. §. 127. Si angulus C sit aequalis duobus rectis, lateribus BC, DC in diagonalem BD cidentibus, et trapezio in triangulum BAD abeunte, sit aequatio pro recta AC, quae diagonali in quadrilatero jam respondet, hujusmodi:

$$f = \frac{b\,\sin.(\alpha+\psi) + d\,\sin.(\beta+\psi) \pm \surd(b\,\sin.(\alpha+\psi) + d\,\sin.(\beta+\psi))^2 + 4\,b\,d\,\sin.\psi^2)}{2\,\sin.\psi}$$

quae β eliminato mutatur in hanc:

$$f = \frac{b\,\sin.(\alpha+\psi) \pm d\,\sin.(\psi-\alpha) \pm \surd(b\,\sin.(\alpha+\psi) \pm d\,\sin.(\psi-\alpha))^2 + 4\,b\,d\,\sin.\psi^2)}{2\,\sin.\psi}$$

sed α eliminato habetur:

$$f = \frac{\pm b\,\sin.(\psi-\beta) + d\,\sin.(\beta+\psi) \pm \surd((d\,\sin.(\beta+\psi) \pm b\,\sin.(\psi-\beta))^2 + 4\,b\,d\,\sin.\psi^2)}{2\,\sin.\psi}$$

quae aequationes novam quandam triangulorum proprietatem exprimunt et problema circa triangula prorsus novum resolvunt, quod ita habet:

Si

Si ab angulo trianguli dato, ducatur ad latus oppositum recta, denturque segmenta lateris hujus cum angulis adjacentibus; invenire rectam in latus oppositum ductam AE, et resolvere triangulum totale ABD et partialia ABE, AED.

Coroll. VIII.

§. 128. Si angulus A ponatur aequalis tribus rectis, lateribus AB, AD supra diagonalem BD cadentibus, et prodeunte sic trapezio sive ex parte sive totaliter inverso, aequatio pro diagonali in hanc mutatur: $f = \frac{b \cos. \alpha + d \cos. \beta \pm}{2}$ $\frac{\surd(b \cos. \alpha + d \cos. \beta)^2 - 4\, b d \cos. (\alpha + \beta))}{2}$. Si vero angulus C ponatur aequalis tribus rectis, lateribus CB, CD infra diagonalem BD cadentibus, et trapezio ex parte vel totaliter inverso iterum prodeunte, habetur pro diagonali haec aequatio: $f = \frac{b \sin. (\alpha + \psi) + d \sin. (\beta + \psi)}{2 \sin. \psi}$ $\frac{\pm \surd((b \sin. (\alpha + \psi) + d \sin. (\beta + \psi) + 2\, b d \sin. 2\psi)}{2 \sin. \psi}$ sed β eliminato abit in hanc sequentem: $f = \frac{b \sin. (\alpha + \psi) - d \cos (\psi - \alpha) \pm \surd\, (b \sin. (\alpha + \psi) -}{2 \sin. \psi}$ $\frac{- d \cos. (\psi - a))^2 + 2\, b d \sin. 2\psi}{2 \sin. \psi}$ Sed α eliminato abit in hanc: $f = \frac{d \sin. (\beta + \psi) - b \cos. (\psi - \beta) \pm}{2 \sin. \psi}$ $\frac{\surd((d \sin. (\beta + \psi) - b \cos. (\psi - \beta))^2 + 2\, b d \sin. 2\psi)}{2 \sin. \psi}$ Quod

Quod ſi contingat angulum ACB vel ACD fieri aequalem angulo combinationis A, habetur in caſu priori haec aequatio:

$$f = \frac{b\,\text{ſin.}\,2\alpha - d \pm \surd(b^2\,\text{ſin.}\,2\alpha^2 + d^2)}{2\,\text{ſin.}\,\alpha},$$ et in

poſteriore $f = \dfrac{d\,\text{ſin.}\,2\beta - b \pm \surd(d^2\,\text{ſin.}\,2\beta^2 + b^2)}{2\,\text{ſin.}\,\beta.}$

Coroll. IX.

§. 129. Si angulus $ACB = \alpha$ ponatur negativus, ita ut ad dextram diagonalis cadat, vel etiam angulus $ACD = \beta$ negativus, ut ad ſiniſtram diagonalis cadat, uno triangulo intra alterum cadente; erit in caſu priore aequatio pro trapezio inverſo ad diagonalem hujusmodi:

$$f = \frac{\text{ſin}\,(\psi - \alpha) + d\,\text{ſin.}\,(\beta + \psi) \pm \surd(b\,\text{ſin.}\,(\psi - \alpha) +}{2\,\text{ſin.}\,\psi}$$

$$\frac{d\,\text{ſin.}\,(\beta + \psi))^2 - 4bd\,\text{ſin.}\,\psi\,\text{ſin.}\,(\beta + \psi) - \alpha))}{2\,\text{ſin.}\,\psi}$$

ſed in caſu poſteriore habetur:

$f = b\,\text{ſin.}\,(\alpha + \psi) + d\,\text{ſin.}\,(\psi - \beta) \pm \surd(b\,\text{ſin.}\,(\alpha + \psi)$ $+ d\,\text{ſin.}\,(\psi - \beta))^2 - 4bd\,\text{ſin.}\,\psi\,\text{ſin.}\,(\alpha + \psi - \beta))$.

Quod ſi ergo angulus ACB ſit major angulo ACD, vel etiam hic illo major, erit in utroque caſu trapezium totaliter inverſum, nam in priore caſu latus CB cadet extra latus CD, in poſteriore caſu latus CD extra latus CB, et conſequenter utraque diagonalis cadet extra figuram. Sin autem anguli illi ſunt aequales erit haec aequatio:

$f =$

$$f = \frac{b\,fin.(\psi-\alpha)+d\,fin.(\beta+\psi) \pm d\,fin.(\beta+\psi) \pm}{2\,fin.\,\psi}$$
$$\frac{\surd\big((b\,fin.(\psi-\alpha)+d\,fin.(\beta+\psi))^2-2bd(1-cos.\,2\psi)\big)}{2\,fin.\,\psi}$$

vel etiam:

$$f = \frac{b\,fin.(\beta+\psi)+d\,fin.(\psi-\beta) \pm \surd\big((b\,fin.(\beta+\psi)}{2\,fin.\,\psi}$$
$$\frac{+d\,fin.(\psi-\beta))^2-2\,b\,d\,(1-cos.\,2\psi)\big).}{2\,fin.\,\psi}$$

Scholion III.

§. 130. Rursus methodo tetragonometrica solvitur hac ratione problema novum ad triangula spectans, quod vix ulla alia methodo resolvitur; nam in triangulo ABD non dantur nisi duo scilicet angulus $A=\psi$, et latus ipsi oppositum BD, quod est differentia laterum BC, CD; nec in triangulo ADC datur nisi latus DC et angulus adjacens $ACD=\alpha=\beta$, tamen utrumque triangulum hac methodo solvitur, cum AC, quae diagonalem repraesentat, inveniatur. Fig. IX. 2.

Coroll. X.

§. 131. Si anguli diagonaliter oppositi ponantur simul tribus rectis aequales, ut caeteri diagonaliter oppositi B et D sint uni recto aequales, cadente vel A supra vel etiam C infra diagonalem BD, et trapezio inverso prodeunte, aequatio pro diagonali in hanc mutatur:

$$f = \frac{b\,fin.(\alpha+\psi)+d\,fin.(\beta+\psi) \pm \surd\big(b\,fin.(\alpha+\psi)}{2\,fin.\,\psi}$$
$$\frac{+d\,fin.(\beta+\psi))^2+4\,b\,d\,fin.\,\psi\big)}{2\,fin.\,\psi}$$ vel etiam haec

$f=$

$f = \frac{b\, cos.\, \beta + d\, cos.\, \alpha \pm \surd (b\, cos.\, \beta + d\, cos.\, \alpha)^2}{2\, cos.\, (\alpha + \beta)}$

$\frac{-- 4\, b\, d\, cos.\, (\alpha + \beta))}{2\, cos.\, (\alpha + \beta)}$. Per hanc poſitionem fit latus $CD = d = f \frac{(b\, cos.\, \beta - f\, cos.\, (\alpha + \beta))}{b - f\, cos.\, \alpha}$, et latus $B\,C == b == \frac{(f\, cos.\, (\alpha + \beta) -- d\, cos.\, \alpha) f}{f\, cos.\, \beta - d}$.

Quod ſi angulus A ponatur rectus, habetur pro diagonali:

$f = \frac{b\, cos.\, \alpha + d\, cos.\, \beta \pm \surd ((b\, cos.\, \alpha + d\, cos.\, \beta)^2}{2}$

$\frac{-- 4\, b\, d\, cos.\, (\alpha + \beta)}{2}$. Per hanc poſitionem fit latus $C\,D == d == \frac{f\,(f -- b\, cos.\, \alpha)}{f\, cos.\, \beta - b\, cos.\, (\alpha + \beta)}$ et latus $BC == \frac{f\,(d\, cos.\, \beta -- f)}{d\, cos.\, (\alpha + \beta) - f\, cos.\, \alpha} = b$. In aequatione pro angulo ACD, erit, $x == cos.\, \beta$, et $A == f^2 -- f\,b\, cos.\, \alpha$, quoad caetera aequationis quadraticae forma externa manet invariata. Similiter in aequatione pro angulo $A\,C\,B$, erit $x == cos.\, \alpha$, et $A == f^2 + f\, d\, cos.\, \beta$, forma vero externa manet invariata. Si angulus C ponatur aequalis recto, aequatio pro diagonali in hanc abit, α eliminato:

$\frac{b\, cos.\, (\psi - \beta) + d\, ſin.\, (\beta + \psi) \pm \surd ((b\, cos.\, (\psi - \beta)}{2\, ſin.\, \psi}$

$\frac{+ d\, ſin.\, (\beta + \psi)) -- 2\, b\, d\, ſin.\, 2\, \psi)}{2\, ſin.\, \psi}$ vel etiam, angulo β eliminato, in hanc alteram:

$f ==$

$$f = \frac{b \sin.(\alpha+\psi) + d \cos.(\psi-\alpha) \pm \surd((b \sin.(\alpha+\psi) + d \cos.(\psi-\alpha))^2 - 2bd \sin. 2\psi)}{2 \sin. \psi}.$$

In hoc caſu fit

latus $CD = d = f \frac{(f \sin. \psi - b \sin.(\alpha+\psi))}{f \sin.(\beta+\psi) - b \cos. \psi}$

vel etiam: $d = f \frac{(f \sin. \psi -- b \cos.(\psi-\beta))}{f \sin.(\beta+\psi) - b \cos. \psi} = f \frac{(f \sin. \psi - b \sin.(\alpha+\psi))}{f \cos.(\psi-\alpha) - b \cos. \psi}$. In hoc caſu fit

$\mathit{tang.}\, \psi = \frac{b(d - f \sin. \alpha) - f d \cos. \alpha}{f(d \sin. \alpha + b \cos. \alpha - f)}$, β eliminato, ſed α eliminato habetur:

$$\mathit{tang.}\, \psi = \frac{b(d -- f \cos. \beta) -- f d \sin. \beta}{f(d \cos. \beta + b \sin. \beta - f)}.$$

Si anguli A et ACB ponantur ſimul ſumti aequales duobus rectis, habetur pro diagonali haec expreſſio:

$$f = \frac{d \sin.(\beta+\psi) \pm \surd(d^2 \sin.(\beta+\psi)^2 + 4bd \sin. \beta \sin. \psi}{2 \sin. \psi},$$

α eliminato, ψ autem eliminato, habetur haec: $f = \frac{\mp d \sin.(\beta-\alpha) \pm \surd(d^2 \sin.(\beta-\alpha)^2 + 4bd \sin. \beta \sin. \alpha)}{2 \sin. \alpha}$. Si autem anguli A et ACD ponantur ſimul ſumti aequales duobus rectis, habetur pro diagonali haec aequatio:

$f = \frac{b\, \text{fin.}\, (\alpha+\psi) \pm \sqrt{}(b^2\, \text{fin.}\, (\alpha+\psi) + 4bd\, \text{fin.}\, \alpha\, \text{fin.}\, \psi)}{2\, \text{fin.}\, \psi}$, β eliminato, verum ψ eliminato, habetur haec:

$f = \frac{\mp b\, \text{fin.}\, (\alpha - \beta) \pm \sqrt{}(b^2\, \text{fin.}\, (\alpha - \beta)^2 + 4bd\, \text{fin.}\, \alpha\, \text{fin.}\, \beta}{2\, \text{fin.}\, \beta}$. Quare fi in utravis aequatione, ψ eliminato, ponatur $\alpha = \beta$ fit $f = \sqrt{}bd$, unde obtinetur hoc

Theorema.

Si in trapezio anguli ACB et ACD fint aequales inter fe, et fumma unius et anguli combinationis duobus rectis aequales, erit diagonalis AC media proportionalis inter latera, quibus anguli ifti continentur. Per pofitionem priorem fit latus $d = f\, \text{fin.}\, \psi : (c\, \text{fin.}\, \beta + f\, \text{fin.}\, (\beta+\psi)$, et latus $b = -f\, (d\, \text{fin.}\, (\beta+\psi) - f\, \text{fin.}\, \psi) : d\, \text{fin.}\, \beta$; verum ψ eliminato fit $d = f^2\, \text{fin.}\, \alpha : (b\, \text{fin.}\, \beta \mp f\, \text{fin.}\, (\beta - \alpha))$, atque $b = f(f\, \text{fin.}\, \alpha \mp d\, \text{fin.}\, (\beta - \alpha)) : d\, \text{fin.}\, \beta$. Per pofitionem pofteriorem fit latus

$d = f \frac{(\text{fin.}\, \psi - b\, \text{fin.}\, (\alpha + \psi))}{b\, \text{fin.}\, \alpha}$ et

$b = f^2\, \text{fin.}\, \psi : (d\, \text{fin.}\, \alpha + f\, \text{fin.}\, (\alpha+\psi))$, fed eliminato ψ fit $d = f \frac{(f\, \text{fin.}\, \beta \mp b\, \text{fin.}\, (\alpha - \beta))}{b\, \text{fin}\, \alpha}$

et $b = f^2\, \text{fin.}\, \beta : (d\, \text{fin.}\, \alpha \mp f\, \text{fin.}\, (\alpha - \beta))$

Schol.

Scholion IV.

§. 132. Aequatio hujus problematis pro trapezio directo valet in hypothesi figurae constructae, quando perpendiculum cadit intra figuram, sive quando angulus ACB est acutus, sed existente eodem obtuso et simul angulo A majore quam ACB, valet haec aequatio: $fd\,fin.(\beta+\psi)+bd\,fin.(\beta+\psi-\alpha)=f^2\,fin.\psi+fb\,fin.(\psi--\alpha)$: Sin autem angulus ACB excedat angulum A, valet haec aequatio: $fd\,fin.(\beta+\psi)--bd\,fin.(\alpha-\beta-\psi)=f^2\,fin.\psi--fb\,fin.(\alpha--\psi)$. Generalis igitur aequatio pro trapezio directo talis est: $fd\,fin.(\beta+\psi)\mp bd\,fin.(\pm\alpha\pm\beta\pm\psi)=f^2\,fin.\psi\mp fb\,fin.\begin{pmatrix}\psi\pm\alpha\\ \alpha--\psi\end{pmatrix}$

Si trapezium sit partialiter inversum ita ut totum triangulum ACD cadat intra triangulum ABC cadente perpendiculo Bb intra figuram, et existente angulo ACD majore quam angulo BAD; habetur haec aequatio: $fd\,fin.(\beta--\psi)--bd\,fin.(\beta-\alpha-\psi)=fb\,fin.(\alpha+\psi)--f^2\,fin.\psi$. Sed existente angulo ACD minore, quam est angulus BAD, caeteris manentibus iisdem, habetur haec aequatio: $--fd\,fin(\psi--\beta)+bd\,fin.(\psi+\alpha-\beta)==fb\,fin.(\alpha+\psi)-f\,fin.\psi$ Quod si perpendiculum cadat extra figuram, sitque angulus ACD major angulo BAD, et simul angulus ACB eodem major, habetur haec aequatio: $fd\,fin.(\beta--\psi)+bd\,fin.(\alpha+\beta--\psi)==f\,fin.(\alpha-\psi)--f\,fin.\psi$. Sin autem angulus ACB minor sit angulo BAD; terminus prior dextri membri etiam negativus erit; verum existente angulo BAD majore, quam est angulus ACD, et minore quam angulus ACB, habetur haec

 aequa-

aequatio: $-fd\,fin.(\psi-\beta)+bd\,fin.(\alpha+\beta-\psi)=f\,fin.(\alpha-\psi)-f^2\,fin.\psi$. Sin autem eodem minor ſit, haec obtinetur aequatio: $fd\,fin.(\psi-\beta)-bd\,fin.(\alpha+\beta-\psi)=fb\,fin.(\psi-\alpha)+f^2\,fin.\psi$. Si trapezium ſit totaliter inverſum, cadente perpendiculo intra figuram, latere AD extra latus AB, et latere BC extra latus CD, et exiſtente angulo ACB majore, quam angulo BAD, ſed minore, quam ſumma angulorum ACD et BAD, habetur haec aequatio: $fd\,fin.(\beta+\psi)-bd\,fin.(\beta+\psi-\alpha)=fb\,fin.(\alpha-\psi)+f^2\,fin.\psi$. Sin autem angulus BAD excedat angulum BAC erit: $fd\,fin.(\beta+\psi)-bd\,fin.(\beta+\psi-\alpha)=-fb\,fin.(\psi-\alpha)+f^2\,fin.\psi$. Denique ſi angulus ACB excedat ſummam angulorum ACD et BAD habetur haec aequatio: $fd\,fin.(\beta+\psi)+bd\,fin.(\alpha-\beta-\psi)=fb\,fin.(\alpha-\psi)+f^2\,fin.\psi$. Quod ſi perpendiculum cadat extra figuram, prodit haec aequatio: $fd\,fin.(\beta+\psi)+bd.\,fin.(\alpha+\beta+\psi)=fb\,fin.(\alpha+\psi)+f^2\,fin.\psi$. Si trapezium ita ſit partialiter inverſum, ut totum triangulum ABC cadat intra triangulum ADC, eaedem cum tribus ultimis aequationes prodibunt, neque plures jam allatis variationes locum habebunt. Igitur aequatio omnium generaliſſima repraeſentatur hoc modo: $\pm fd\,fin.\binom{\beta\pm\psi}{\psi-\beta}\mp bd\,fin.$

$$(\pm\beta\pm\alpha\pm\psi)=\pm(b\,fin.\binom{\alpha\pm\psi}{\psi-\alpha}\mp f^2\,fin.\psi.$$

Problema X.

Fig. X. 1. §. 133. In figura quadrilatera propoſita $ABCD$ inter haec ſex: latus $AB=a$, $CD=d$, diago-

diagonalem $A\,C = f$, et tres angulos $A = \psi$, $A\,C\,B = \alpha$, et denique $A\,C\,D = \beta$; aequationem invenire.

Solutio.

1) In triangulo finiſtro formo hanc analogiam: $AB\,(a) : \text{ſin.}\ ACB\ (\text{ſin.}\ \alpha) = AC\,(f)$;

$\text{ſin.}\ B = \frac{f\ \text{ſin.}\ \alpha}{a}$, conſequenter

$$\cos. B = \frac{\sqrt{(a^2 - f^2\ \text{ſin.}\ \alpha^2)}}{a}$$

2) Ex his et ex finu coſinuque anguli $A\,C\,B$, formo finum et cofinum anguli tertii in eodem triangulo, atque prodibit

$$\text{ſin.}\ C\,A\,B = \frac{\text{ſin.}\ \alpha \sqrt{(a^2 - f^2\ \text{ſin.}\ \alpha^2)} + f\ \text{ſin.}\ \alpha \cos.\ \alpha}{a}$$

nec non

$$\cos.\ C\,A\,B = \frac{-\cos.\ \alpha \sqrt{(a^2 - f^2\ \text{ſin.}\ \alpha^2)} + f\ \text{ſin.}\ \alpha^2}{a}.$$

3) Ex his et ex finu cofinuque anguli A formo finum et eofinum anguli $C\,A\,D$ in triangulo dextro, et ob $C\,A\,D = A - C\,A\,B$, habetur:

$$\text{ſin.}\,(\psi - CAB) = \frac{-\text{ſin.}\,\psi \cos.\,\alpha \sqrt{(a^2 - f^2\,\text{ſin.}\,\alpha^2)} + f\,\text{ſin.}\,\alpha^2\,\text{ſin.}\,\psi}{a}$$

$$\frac{\text{ſin.}\,\alpha \cos.\,\psi \sqrt{(a^2 - f^2\,\text{ſin.}\,\alpha^2)} - f\,\text{ſin.}\,\alpha \cos.\,\alpha \cos.\,\psi}{a}$$

$$= \frac{-\text{ſin.}\,(\alpha + \psi) \sqrt{(a^2 - f^2\,\text{ſin.}\,a^2)} - f\,\text{ſin.}\,\alpha \cos.\,(\alpha + \psi)}{a} = \text{ſin.}\,CAD$$

$$\text{et}\ \cos.\,(\psi - CAB) = \frac{-\cos.\,\alpha \cos.\,\psi \sqrt{(a^2 - f^2\,\text{ſin.}\,\alpha^2)} + f\,\text{ſin.}\,\alpha \cos.\,\psi}{a}$$

 $+\frac{\text{ſin.}\,\alpha}{}$

$$+\frac{\sin.\alpha\,\sin.\psi\sqrt{(a^2-f^2\sin.\alpha^2)}+f\sin.\alpha\cos.\alpha\sin.\psi}{a}$$

$$=\frac{-\cos.(\alpha+\psi)\sqrt{(a^2-f^2\sin.\alpha^2)}+f\sin.\alpha\sin(\alpha+\psi)}{a}=\cos.CAD.$$

4) Ex his et ex ſinu coſinuque anguli ACD, formo ſinum anguli D et obtineo:

$$\sin.D=\frac{-\sin.\beta\cos.(\alpha+\psi)\sqrt{(a^2-f^2\sin.\alpha^2)}+f\sin.\beta\sin.\alpha\sin.(\alpha+\psi)}{a}$$

$$-\frac{\cos.\beta\sin.(\alpha+\psi)\sqrt{(a^2-f^2\sin.\alpha^2)}-f\sin.\alpha\cos.\beta\cos.(\alpha+\psi)}{a}$$

$$=\frac{-\sin.(\alpha+\beta+\psi)\sqrt{(a^2-f^2\sin.\alpha^2)}-f\sin.\alpha\cos.(\alpha+\beta+\psi)}{a}$$

5) His factis in triangulo dextro pervenio ad hanc analogiam $AC:\sin.D=CD:\sin.CAD$.

$$f:\frac{-\sin.(\alpha+\beta+\psi)\sqrt{(a^2-f^2\sin.\alpha^2)}-f\sin.\alpha\cos.(\alpha+\beta+\psi))}{a}$$

$$=d:\frac{-\sin.(\alpha+\psi)\sqrt{(a^2-f^2\sin.\alpha^2)}-f\sin.\alpha\cos.(\alpha+\psi)}{a}$$

conſequenter habetur:

$$(f\sin.(\alpha+\psi)-d\sin.(\alpha+\beta+\psi))\sqrt{(a^2-f^2\sin.\alpha^2)}$$
$$=f\sin.\alpha(d\cos.(\alpha+\beta+\psi)-f\cos.(\alpha+\psi))\ \text{Q.E.I.}$$

Scholion I.

§. 134. Cum ſumma angulorum B et D ſit $=2\pi-\alpha-\beta-\psi$, erit $\sin.(B+D)=-\sin.(\alpha+\beta+\psi)$ et $\cos.(B+D)=\cos.(\alpha+\beta+\psi)$, et cum ſit $\sin.B=\frac{f\sin.\alpha}{a}$ et $\cos.B=\frac{\sqrt{(a^2-f\sin.\alpha^2)}}{a}$; erit

$$\sin.(B+D-B)=\sin.D=$$
$$=\frac{-f\sin.\alpha\cos.(\alpha+\beta+\psi)-\sin.(\alpha+\beta+\psi)\sqrt{(a^2-f^2\sin.\alpha^2)}}{a}$$

con-

consequenter ad eandem ac prius, paullo brevius, aequationem pervenio:

$$(f\,fin.(\alpha+\psi)-d\,fin.(\alpha+\beta+\psi))\sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)} = f\,fin.\alpha\,(d\,cos.(\alpha+\beta+\psi)-f\,cos.(\alpha+\psi))$$

Coroll. I.

§. 135. Ex hac aequatione invenitur esse latus $AB = a = \frac{f\,fin.\alpha\sqrt{(f^2+d^2-2fd\,cos.\beta)}}{f\,fin.(\alpha+\psi)-d\,fin.(\alpha+\beta+\psi)}$ atque latus $D\ C = d =$

$$= \frac{f(fin.(\alpha+\psi)\sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)}+f\,fin.\alpha\,cos.(\alpha+\psi))}{fin.(\alpha+\beta+\psi)\sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)}+f\,fin.\alpha\,cos.(\alpha+\beta+\psi)}$$

Coroll. II.

§. 136. Pro tangente anguli A obtinendo: $fin.(\alpha+\psi)$ et $cos.(\alpha+\psi)$ separatis, et aequatione reducta obtinetur:

$$tang.(\alpha+\psi) = \frac{(d\,cos.\beta-f\,fin.\alpha)f+d\,fin.\beta\sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)}}{fd\,fin.\beta+(f-d\,cos.\beta)\sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)}}$$

et hinc ad angulum ipsum descenditur:

$$\psi = ang.\ tang.\ \frac{(d\,cos.\beta-f\,fin.\alpha)f+d\,fin.\beta\sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)}}{fd\,fin.\beta+(f-d\,cos.\beta)\sqrt{(a^2-f^2 fin.\alpha^2)}}-\alpha$$

Coroll. III.

§. 137. Posito ad abbreviandum $fin.(\alpha+\psi)=p$, $cos.(\alpha+\psi)=n$, $fin.(\alpha+\beta+\psi)=m$, $cos.(\alpha+\beta+\psi)=n$, $fin.\alpha=h$, et factis substitutionibus, erit aequatio: $(fp-dm)\sqrt{(a^2-f^2h^2)}=fh\,(dn-fg)$, quae sumtis quadratis, et operatione ad finem per-

 ducta,

ducta, abit in hanc aequationem quarti gradus:

$$f^4 - 2f^3 d\,cos.\,\beta + f^2(d^2 - \frac{a^2p^2}{h^2}) + \frac{2a^2fdmp}{h^2} - \frac{a^2d^2m}{h^2} = 0$$

Scholion II.

§. 138. Inter ſex illos caſus, qui in aequatione continentur, unus tantum eſt Tetragonometriae proprius, qui per Trigonometriam non ſolvitur, et in Geometria practica novum pulchrum et utile ſiſtit problema. caeteri quinque caſus utrique methodo et trigonometricae et tetragonometricae ſubſunt; ſed ita ut per Trigonometriam brevius et facilius ſolvantur, quorum caſuum tres evolvi, quia ex aequatione ſatis expedite ſequuntur. Caeteros duos angulorum partialium *ACB* et *ACD* omiſi, tum quod ſint inutiles, tum etiam quod operoſius evolvantur, et aequationibus non ſatis ſimplicibus et concinnis exprimantur.

Coroll. IV.

§. 139. Si anguli diagonaliter oppoſiti *A*, *C* ſint ſimul ſumti aequales duobus rectis, ut quadrilaterum ſit circulo inſcriptibile, aequatio mutatur in hanc quadraticam:

$f^2 - 2fd\,cos.\,\beta + d^2 - \frac{fin.\,\beta^2}{fin.\,\alpha} = 0$, ex qua obtinetur: $f = d\,cos.\,\beta \pm \frac{fin.\,\beta}{fin.\,\alpha}\sqrt{(a^2 - d^2 fin.\,\alpha^2)}$. Quod ſi angulus $ACB = \alpha$ ponatur nihilo aequalis, abeunte quadrilatero in triangulum *ACD*, aequatio pro diagonali in hanc abit:

f^2

$f^2 a^2$ *fin.* $\psi^2 - 2 f a^2 d$ *fin.* ψ *fin.* $(\beta + \psi) + a^2 d^2$ *fin.* $(\beta + \psi)^2 = o$, quae per a^2 divifa eft quadratum, cujus extracta radix eft f *fin.* $\psi - d$ *fin.* $(\beta + \psi) = o$ adeoque, f *fin.* $\psi == d$ *fin.* $(\beta + \psi)$ et *fin.* ψ: *fin.* $(\beta + \psi) = d : f$, analogia trigonometrica, quo ergo aequatio et operatio verificatur.

Coroll. V.

§. 140. Quod fi angulus A ponatur aequalis duobus rectis, incidente vertice A in diagonalem BD, et trapezio in triangulum BCD abeunte, aequatio pro diagonali in hanc mutatur:

$$f^4 \pm f^3 d \cos. \beta + f^2 (d^2 - a^2) + \frac{2 f a^2 d \, fin. (\alpha + \beta)}{fin. \, \alpha}$$

$$\frac{- a^2 d^2 fin. (\alpha + \beta)}{fin. \, \alpha^2} == o.$$

Scholion III.

§. 141. Haec aequatio novum folvit ad triangula fpectans problema hujusmodi:

Si in triangulo BCD detur latus CD, angulus C, et a vertice C in latus tertium ducta quomodocunque recta CE, detur etiam fegmentum BE, invenire rectam EC, et refolvere triangula partialia et totale. In triangulorum partialium neutro dantur nifi duo, nec in totali dantur nifi latus unum & angulus unus, & pars lateris alterius BE, quod igitur problema vix ulla alia methodo, quam tetragonometrica, refolvitur:

Coroll. VI.

§. 142. Quod fi angulus totalis C, five partialis fimul fumti α et β ponantur aequales duobus

bus rectis, lateribus CB, CD in diagonalem BD incidentibus, et trapezio in triangulum abeunte, prodit haec aequatio:

$$f^4 + 2f^3 d\, cos.\, \beta + f^2 \left(d^2 - \frac{a^2\, fin.\, (\alpha + \psi)^2}{fin.\, \alpha^2}\right) - \frac{2 f a^2 d\, fin.\, \psi\, fin.\, (\alpha + \psi)}{fin.\, \alpha^2} - \frac{a^2 d^2\, fin.\, \psi^2}{fin.\, \alpha^2} = 0.$$

Scholion IV.

§. 143. Haec aequatio quarti gradus ſolvit alterum novum ad triangula ſpectans problema tale: Si in triangulo ABD datur latus AB et angulus A, et a vertice A ducta recta AE, dentur anguli partiales apud E, et ſegmentum CD lateris BD; invenire rectam AE et reſolvere triangula; quod problema methodis vulgaribus non ſolvitur.

Coroll. VII.

§. 144. Si angulus A ponatur aequalis tribus rectis, cadente vertice A ſupra diagonalem BD, intra vel extra triangulum BCD, et prodeunte ſic trapezio ex parte vel totaliter inverſo, aequatio pro diagonali AC talis prodit:

$$f^4 - 2f^3 d\, cos.\, \beta + f^2 (d^2 - a^2\, cot.\, \alpha^2) + 2 f a^2 d\, cot.\, \alpha\, cos.\, (\alpha + \beta) - \frac{a^2 d^2\, cos.\, (\alpha + \beta)^2}{fin.\, \alpha^2} = 0.$$

Sed poſito angulo totali C, aequali tribus rectis, cadente C infra diagonalem BD, intra vel extra triangulum BAD, trapezio inverſo denuo prodeunte, pro diagonali AC habetur haec aequatio:

$$f^4 + 2f^3 d \,\text{fin.}\, \alpha + f^2 \frac{(d^2 - a^2 \,\text{fin.}\, (\alpha+\psi)^2) -}{\text{fin.}\, \alpha^2}$$

$$-2f^2 a d \cos.\, \psi \frac{\text{fin.}\, (\alpha+\psi)}{\text{fin.}\, \alpha^2} - \frac{a^2 d^2 \cos.\, \psi^2}{\text{fin.}\, \alpha^2} = 0.$$

Dum igitur anguli A et C crefcunt figillatim fupra duos rectos per totum tertium quadrantem ad tres rectos, trapezia funt ex parte inverfa; et fi angulus adhuc ulterius augeatur, trapezium inverfum continuat, donec latera inferiora cum fuperioribus tantum non coincidant.

Coroll. VIII.

§. 145. Si angulus $ACB = \alpha$ negativus ponatur, ut triangulum ABC cadat etiam ad dextram diagonalis AC, habetur aequatio pro diagonali AC extra trapezium cadente hujusmodi:

$$f^4 - 2f^3 d \cos.\, \beta + f^2 \frac{(d^2 - a^2 \,\text{fin.}\, (\psi-\alpha)^2)}{\text{fin.}\, \alpha^2} + 2fa^2 d$$

$$\frac{\text{fin.}\, (\beta - \alpha + \psi)\, \text{fin.}\, (\psi - \alpha)}{\text{fin.}\, \alpha^2} - \frac{a^2 d^2 \,\text{fin.}\, (\beta - \alpha + \psi)^2}{\text{fin.}\, \alpha} = 0;$$

atque hic eft cafus tertius, quo prodit trapezium inverfum. Quod fi denique ponatur angulus $ACD = \beta$ negativus, cadente triangulo ADC etiam ad finiftrum diagonalis, quarta vice prodit trapezium inverfum, pro cujus diagonali AC erit aequatio:

$$f^4 - 2f^3 d \cos.\, \beta + f^2 \frac{(d^2 - a^2 \,\text{fin.}\, (\alpha+\psi)^2)}{\text{fin.}\, \alpha^2}$$

$$+ 2fa^2 d \,\text{fin.}\, \frac{(\alpha - \beta + \psi)\, \text{fin.}\, (\alpha+\psi)}{\text{fin.}\, \alpha^2}$$

$$- a^2 d^2 \,\text{fin.}\, \frac{(\alpha - \beta + \psi)}{\text{fin.}\, \alpha^2}$$

Coroll.

Coroll. IX.

§. 146. Si anguli ACB et ACD ſint inaequales et ambo latera trianguli unius intra triangulum alterum cadunt, trapezium erit ex parte inverſum, ſed ſi unum intra unum, alterum extra alterum cadat, trapezium erit totaliter inverſum. Quod ſi vero anguli iſti ſint aequales, prodit pro diagonali haec aequatio:

$$f^4 - 2f^3 d \cos.\alpha + f^2 \frac{(d^2 - a^2 \sin.(\psi - \alpha)^2)}{\sin.\alpha^2} + \frac{2fda^2 \sin.\psi \sin.(\psi - \alpha)}{\sin.\alpha^2} - \frac{a^2 d^2 \sin.\psi^2}{\sin.\alpha^2} = 0.$$

Scholion V.

Fig. X. 2. §. 147. Siquidem latera CB, CD ſint inaequalia, haec aequatio quarti gradus novum ad triangula ſpectans ſolvit problema, hujusmodi. Si in triangulo totali ADC datur latus DC et angulus adjacens C et in triangulo partiali DAB, latus AB et angulus DAB, et in altero partiali ABC, latus AB et angulus oppoſitus C, invenire rectam AC, et reſolvere triangulum.

Coroll. X.

§. 148. Quod ſi angulus ACB ponatur aequalis angulo A, aequatio octavi Corollarii in hanc mutatur: $f^4 - 2f^3 d \cos.\beta + \frac{f^2 d^2 - a^2 d^2 \sin.\beta^2}{\sin.\alpha^2} = 0.$

Sin autem angulus ACD angulo A ponatur aequalis, aequatio poſterior in hanc abibit:

$f^4 -$

$$f^4 - 2f^3\, d \cos.\beta + f^2 \left(d^2 - \frac{a^2 \sin.(\alpha+\beta)^2)}{\sin.\alpha^2}\right.$$

$$+ \frac{2fa^2 d \sin.(\alpha+\beta) - a^2 d^2}{\sin.\alpha} = 0.$$

Coroll. XI.

§. 149. Si anguli diagonaliter oppofiti A, C ponantur fimul tribus rectis aequales, prodit pro diagonali haec aequatio:

$$f^4 - 2f^3\, d \cos.\beta + f^2 \frac{(d^2 - a^2 \cos.\beta^2)}{\sin.\alpha^2}$$

$$+ \frac{2fa^2 d \cos.\beta - a^2 d^2}{\sin.\alpha^2} = o,$$ et fi fumma angulorum A et ACB fit aequalis duobus rectis, aequatio pro diagonali mutatur in hanc:

$$f^4 - 2f^3 d \cos.\beta + f^2 d^2 - \frac{a^2 d^2 \sin.\beta^2}{\sin.\alpha^2} = o;$$ fi denique anguli A, ACD fint fimul fumti aequales duobus rectis, prodit haec aequatio:

$$f^4 - 2f^3\, d \cos.\beta + f^2 (d^2 - \frac{a^2 \sin.(\alpha - \beta^2))}{\sin.\alpha^2}$$

$$\pm 2f \frac{a^2 d \sin.(\alpha-\beta) - a^2 d^2}{\sin.\alpha} = 0.$$

Scholion VI.

§. 150. Si loco laterum AB, DC aequationem ingredientium latera BC, AD adhibeantur, ad hanc aequationem pervenio fimilem priori, et formaliter et fpecifice eandem:

$$(f \sin.(\beta+\psi) - b \sin.(\alpha+\beta+\psi)) \sqrt{(c^2 - f^2 \sin.\beta^2)}$$
$$= f \sin.\beta\, (b \cos.(\alpha+\beta+\psi) - f \cos.(\beta+\psi)).$$ Haec autem

autem ex priore prodit, si litteris α, d, a, respective substituantur litterae β, b, c, proinde quod supra §. 17. assertum erat, hic confirmatur, casus laterum dextri et sinistri, et laterum supremi et infimi non esse formaliter et specifice diversos. Caeterum casus, quo in uno triangulo aequationem ingreditur latus alterutrum et angulus diagonali oppositus in altero, Clariss. Lambert, si aequationis utilitatem respicias, satis recte praetermissus et rejectus videtur, cum inter sex casus, qui in aequatione continentur, nullus sit tetragonometriae proprius: tamen hi casus suppeditant aequationes tetragonometricas a caeteris omnibus formaliter & specie diversas, e quibus solutiones eliciuntur, quae trigonometricis parum aut nihil cedunt. Si aequationem ingrediatur latus sinistrum prodit haec aequatio: $f\,\mathit{sin.}\,\beta = -a\,\mathit{sin.}\,(\alpha+\beta+\phi+\psi)$; si vero latus supremum aequationem ingrediatur, haec prodit: $b\,\mathit{sin.}\,(\alpha+\beta+\phi+\psi) = f\,\mathit{sin.}\,(\beta+\phi+\psi)$.

Scholion VII.

§. 151. Aequatio hujus problematis pro trapezio directo valet in hypothesi figurae constructae, existente summa angulorum B et ACB recto majore; quod si vero eadem sit recto minor, ut cosinus summae eorundem affirmative sit accipiendus, et praeterea angulus A excedat angulum ACB, habetur haec aequatio: $(f\,\mathit{sin.}\,(\psi-\alpha) - d\,\mathit{sin.}\,(\beta+\psi-\alpha))\sqrt{(a^2 - f^2\,\mathit{sin.}\,\alpha^2)} = f\,\mathit{sin.}\,\alpha\,(f\,\mathit{cos.}\,(\psi-\alpha) - d\,\mathit{cos.}\,(\beta+\psi-\alpha^2))$. Sin autem angulus ACB excedat angulum A, habetur haec aequatio, siquidem idem minor

existat

existat summa angulorum A et $A\,C\,D$: $-(f\,sin.(\alpha-\psi)+d\,sin.(\beta+\psi-\alpha))\sqrt{(a^2-f^2\,sin.\,\alpha^2)}$ $=f\,sin.\,\alpha\,(f\,cos.\,(\alpha-\psi)-d\,cos.\,(\beta+\psi-\alpha))$. Si vero angulus $A\,C\,B$ excedat summam angulorum A et $A\,C\,D$, habetur haec: $(-f\,sin.(\alpha-\psi)+d\,sin.(\alpha-\beta-\psi))\sqrt{(a^2-f^2\,sin.\,\alpha^2)}$ $=f\,sin.\,\alpha(f\,cos.(\alpha-\psi)-d\,cos.(\alpha-\beta-\psi))$. Est igitur haec aequatio generalis pro omni trapezio directo:

$$(\pm f\,sin.\binom{\alpha\pm\psi}{\psi-\alpha}\mp d\,sin.(\pm\beta\pm\psi\pm\alpha))\sqrt{(a^2-f^2\,sin.\,\alpha^2)}$$

$$=f\,sin.\,\alpha(\mp f\,cos.\binom{\alpha\pm\psi}{\psi-\alpha}\pm d\,cos.(\pm\beta\pm\psi\pm\alpha))$$

Si trapezium sit partialiter inversum, ut totum triangulum $A\,D\,C$ cadat intra triangulum $A\,B\,C$, summa angulorum B et ACB excedente rectum, prodit haec aequatio: $(f\,sin.(\alpha+\psi)+d\,sin.(\alpha+\psi-\beta))\sqrt{(a^2-f^2\,sin.\,\alpha^2)}$ $=f\,sin.\,\alpha(-f\,cos.(\alpha+\psi)+d\,cos.(\alpha+\psi-\beta))$. Verum excedente recto summam angulorum B et ACB et simul angulo ACB angulum BAD, prodit haec: $(f\,sin.(\alpha-\psi)-d\,sin.(\alpha+\beta-\psi))\sqrt{(a^2-f^2\,sin.\,\alpha^2)}$ $=f\,sin.\,\alpha\,(-f\,cos.\,(\alpha-\psi)+d\,cos.\,(\alpha+\beta-\psi))$ Sed angulo $B\,A\,D$ excedente angulum $A\,C\,B$, habetur haec aequatio: $-(f\,sin.(\psi-\alpha)+d\,sin.(\alpha+\beta-\psi))\sqrt{(\alpha^2-f^2\,sin.\,\alpha^2)}$ $=f\,sin.\,\alpha\,(-f\,cos.\,(\psi-\alpha)+d\,cos.\,(\alpha+\beta-\psi))$. Verum excedente angulo $B\,A\,D$, summam angulorum $A\,C\,B$ et $A\,C\,D$, habetur haec: $-(f\,sin.\,(\psi-\alpha)-d\,sin.(\psi-\alpha-\beta))\sqrt{(a^2-f^2\,sin.\,\alpha^2)}$ $=f\,sin.\,\alpha\,(-f\,cos.\,(\psi-\alpha)+d\,cos.\,(\psi-\alpha-\beta))$ Quod si trapezium ita sit totaliter inversum ut latus $A\,D$ cadat intra latus $A\,B$, latus autem $C\,D$ extra latus $C\,B$, eaedem non aliae variationes occurrunt. Si trapezium ita sit totaliter inversum,

ſum, ut latus AD cadat extra latus AB, latus autem CB extra latus CD, exiſtente ſumma angulorum BAD et ACB majore, quam recto, et angulo BAD excedente angulum ACB, recurrit aequatio hujus ſcholii prima. Verum excedente angulo ACB, angulum BAD, ſumma tamen angulorum ACD et BAD ipſum ſuperante; prodit aequatio hujus ſcholii ſecunda. Sed excedente angulo ACB non modo angulum BAD, verum etiam ſummam angulorum BAD et ACD, habetur haec aequatio: $(f\,\text{ſin.}(\alpha-\psi)-d\,\text{ſin.}(\alpha-\beta-\psi))\sqrt{}(a^2-f^2\,\text{ſin.}\,\alpha^2)$ $=f\,\text{ſin.}\,\alpha(-f\cos.(\alpha-\psi)+d\cos.(\alpha-\beta-\psi))$. Caeterum exiſtente ſumma angulorum B et ACB recto minore, prodit aequatio in reſolutione problematis inventa. Generaliſſima igitur aequatio aliter exprimi nequit, quam generaliter expreſſa fuit pro trapezio directo.



CAPUT

CAPUT V.

Continens novem problemata tertiae claſſis particularis, ſub priore principali contentae.

Problema XI.

§. 152. In figura quadrilatera propoſita $ABCD$, inter haec ſex: latus $CD = d$, latus $BC = b$, diagonalem $AC = f$, angulum $A = \psi$, angulum $B = \lambda$, et denique angulum $ACD = \beta$; aequationem invenire. Fig. XI.

1) Cum in triangulo ſiniſtro ſit

$$\text{ſin.}\, CAB = \frac{b\, \text{ſin.}\, \lambda}{f} \text{ et } \cos.\, CAB = \frac{\sqrt{(f^2 - b^2 \text{ſin.}\, \lambda^2)}}{f}$$

ex his et ex ſinu coſinuque anguli A, formo ſinum et coſinum anguli CAD in triangulo dextro, et erit $\text{ſin.}\, (A - CAB) = \text{ſin.}\, (\psi - CAB) =$

$$= \frac{\text{ſin.}\, \psi \sqrt{(f^2 - b^2\, \text{ſin.}\, \lambda^2)} - b\, \text{ſin.}\, \lambda\, \cos.\, \psi}{f}$$

$= \text{ſin.}\, CAD$; et $\cos.\, (A - CAB) = \cos.\, (\psi - CAB) =$

$$= \frac{\cos.\, \psi \sqrt{(f^2 - b^2\, \text{ſin.}\, \lambda^2)} + b\, \text{ſin.}\, \psi\, \text{ſin.}\, \lambda}{f}$$

$= \cos.\, CAD$.

2) Ex his et ex ſinu coſinuque anguli ACD, formo ſinum anguli D, qui igitur erit:

$$= \frac{\text{ſin.}\, \beta \cos.\, \psi \sqrt{(f^2 - b^2\, \text{ſin.}\, \lambda^2)} + b\, \text{ſin.}\, \beta\, \text{ſin.}\, \psi\, \text{ſin.}\, \lambda}{f}$$

$$\frac{+ \cos.\, \beta\, \text{ſin.}\, \psi \sqrt{(f^2 - b^2\, \text{ſin.}\, d^2)} - b \cos.\, \beta \cos.\, \psi\, \text{ſin.}\, \lambda}{f}$$

 =

$$= \frac{\sin.(\beta+\psi)\sqrt{(f^2-b^2\sin.\lambda^2)}-b\cos.(\beta+\psi)\sin.\lambda}{f}$$

$= \sin. D.$

3) His factis in triangulo dextro pervenio ad hanc analogiam, $AC : \sin. D = CD : \sin. CAD$ h. e. symbolis substitutis:

$$f : \frac{\sin.(\beta+\psi)\sqrt{(f^2-b^2\sin.\lambda^2)}-b\sin.\lambda\cos.(\beta+\psi)}{f} =$$

$$d : \frac{\sin.\psi\sqrt{(f^2-b^2\sin.\lambda^2)}-b\sin.\lambda\cos.\psi}{f}$$

consequenter habetur haec aequatio:

$$(d\sin.(\beta+\psi)-f\sin.\psi)\sqrt{(f^2-b^2\sin.\lambda^2)} = b\sin.\lambda\,(d\cos.(\beta+\psi)-f\cos.\psi)$$ Q. E. I.

Coroll. I.

§. 153. Ex hac aequatione facillime obtinetur: latus $CD = d =$

$$= \frac{f(\sin.\psi\sqrt{(f^2-b^2\sin.\lambda^2)}-b\sin.\lambda\cos.\psi)}{\sin.(\beta+\psi)\sqrt{(f^2-b^2\sin.\lambda^2)}-b\sin.\lambda\cos.(\beta+\psi)},$$

nec difficulter invenitur latus BC, cum sit absoluta operatione $b = \frac{f(d\sin.(\beta+\psi)-f\sin.\psi)}{\sin.\lambda\sqrt{(f^2+d^2-2fd\cos.\beta)}}$

Scholion I.

§. 154. Cum $\sqrt{(f^2+d^2-2fd\cos.\beta)}$ sit valor lateris AD, existente angulo ACD acuto, sed obtuso existente sit $\sqrt{(f^2+d^2+2fd\cos.\beta)}$, signum autem negativum cosinus anguli β ortum sit e signo negativo $\sin.\psi$ et $\cos.\psi$, sequitur fieri posse, ut signo etiam affirmativo afficiantur, quod igitur in eo casu evenire debet, quo angu-

lus

lus ACD eſt obtuſus, conſequenter aequatio ita generalis repraeſentatur: $(d\,\mathit{ſin.}(\beta+\psi) \mp f\,\mathit{ſin.}\psi) \sqrt{(f^2-b^2\,\mathit{ſin.}\lambda^2)} = b\,\mathit{ſin.}\lambda\,(d\cos.(\beta+\psi) \mp f\cos.\psi)$ Sed ob ambiguitatem ſigni radicalis in ſiniſtro et coſinuum in dextro aequationis membro, ſequitur etiam accidere poſſe, ut aequatio repraeſentanda ſit hoc modo: $(f\,\mathit{ſin.}\,\psi - d\,\mathit{ſin.}\,(\beta+\psi)) \sqrt{(f^2-b^2\,\mathit{ſin.}\,\lambda^2)} = b\,\mathit{ſin.}\lambda\,(f\cos.\psi - d\cos.(\beta+\psi))$.

Coroll. II.

§. 155. Poſito ad abbreviandum $\mathit{ſin.}(\beta+\psi)=p$, $\cos.(\beta+\psi)=q$, $\mathit{ſin.}\psi=m$, $\cos.\psi=n$, $\mathit{ſin.}\,\lambda=h$, aequatio primo inventa mutatur, factis ſubſtitutionibus, in hanc abbreviatam: $(d\,p - f\,m) \sqrt{(f^2 - b^2\,h^2)} = b\,h\,(d\,q - f\,n)$, ex qua, ſumtis quadratis, concinnatione et reductione, obtinetur haec aequatio quarti gradus pro invenienda diagonali:

$$f^4 - \frac{2 f^3 d\,p}{m} + f^2\,\frac{(d^2\,p^2 - b^2\,h^2)}{m^2} + \frac{2\,f\,d\,b^2\,h^2\cos.\,\beta}{m^2} - \frac{b^2\,d^2\,h^2}{m^2} = 0.$$

Coroll. III.

§. 156. Sit ad abbreviandum quantitas ſub ſigno radicali $\sqrt{(f^2-b^2\,\mathit{ſin.}\lambda^2)} = M$, et pro obtinendo angulo combinationis habetur haec aequatio: $tang.\,\psi = \frac{M\,d\,\mathit{ſin.}\,\beta + b\,\mathit{ſin.}\,\lambda\,(f - d\cos.\,\beta)}{M\,(f - d\cos.\beta) - b\,d\,\mathit{ſin.}\,d\,\mathit{ſin.}\,\beta}$ et hinc ipſe angulus A

$$\psi = ang.\ tang.\frac{M\,d\,\mathit{ſin.}\beta + b\,\mathit{ſin.}\lambda\,(f - d\cos.\beta)}{M(f - d\cos.\beta) - b\,d\,\mathit{ſin.}\lambda\,\mathit{ſin.}\beta}.$$

Pro angulo B ex Coroll. I. ſtatim apparet eſſe:

$$\text{ſin. } \lambda = \frac{f(d\,\text{ſin.}(\beta+\psi) - f\,\text{ſin.}\,\psi)}{b\sqrt{(f^2+d^2 \mp 2fd\cos.\beta)}}.$$

Scholion II.

§. 157. Sex caſuum in aequatione contentorum nullus eſt Tetragonometriae proprius niſi unus, qui obtinet quando diagonalis quaeritur; caeteri quinque utrique methodo et trigonometricae et tetragonometricae pariter ſubſunt, ſed ita ut trigonometrice fere facilius ſolvantur; horum caſuum quatuor evolvi, cum ex aequatione ſatis expedite ſequantur, et per aequationes ſatis breves et concinnas exprimantur, omiſſo caſu, quo quaeritur angulus ACD, cum operoſius evolvatur, et per aequationem quadraticam quidem, ſed complicatam et haud ſatis concinnam exprimitur. Caeterum caſus quo diagonalis quaeritur, in Geometria practica ſuppeditat problema novum utile juxta ac ſatis pulchrum.

Coroll. IV.

§. 158. Si angulus A ſit rectus, aequatio pro diagonali, denominatore in unitatem abeunte, fit paullo ſimplicior: $f^4 - 2f^3 d\cos.\beta + f^2(d^2\cos.\beta^2 - b^2h^2) + 2fdb^2h^2\cos.\beta - b^2d^2h^2 = 0.$ Si angulus B rectus ponatur, paullo etiam ſimplicior efficitur, littera h in unitatem abeunte,

$$f^4 - \frac{2f^3\,d\,p}{m} + f^2\,\frac{(d^2\,p^2 - b^2)}{m^2} + \frac{2\,f\,d\,b^2\cos.\beta}{m^2} - \frac{b^2\,d^2}{m^2} = 0.$$

Si

Si angulus $ACD=\beta$ sit rectus, evanescente cosinu, quartus terminus evanescit, et aequatio mutatur in hanc: $f^4 - \frac{2f^3dn}{m} + \frac{f(d^2n^2-b^2h^2)}{m^2} - \frac{b^2d^2h^2}{m^2} = o$,

Coroll. V.

§. 159. Si angulus A sit duobus rectis aequalis, aequatio pro diagonali mutatur in hanc quadraticam, trapezio in triangulum BCD abeunte: $f^2(d^2 \mathit{sin}.\beta^2 - b^2h^2) + 2fdb^2h^2 \cos.\beta - b^2d^2h^2 = o$ ex qua operatione absoluta obtinetur haec aequatio:

$$f = \frac{bdh(-b\,\mathit{sin}.\lambda \cos.\beta \pm \mathit{sin}.\beta \sqrt{(d^2 - b^2 \mathit{sin}.\lambda^2)})}{d^2 \mathit{sin}.\beta^2 - b^2 \mathit{sin}.\lambda^2}$$

Solutionem continens, quae trigonometriae parum vel nihil cedit. Si ponatur angulus B aequalis duobus rectis, abeunte sic quadrilatero in triangulum ADC, aequatio mutatur in hanc quadraticam: $f^2 - \frac{2fdp}{m} + \frac{d^2p^2}{m^2} = o = \frac{(f^2 - dp)^2}{m}$ unde obtinetur: $fm = dp$, et $f: d = \mathit{sin}.(\beta+\psi): \mathit{sin}.\psi$ sive $d: \mathit{sin}.\psi = f: \mathit{sin}.(\beta+\psi)$, analogia trigonometrica, qua igitur aequatio tetragonometrica et operatio verificatur.

Coroll. VI.

§. 160. Si angulus A sit aequalis tribus rectis, cadente vertice A supra diagonalem BD, intra vel extra triangulum BCD, et prodeunte trapezio inverso, aequatio pro diagonali fit:

 f^4-

$f^4 - 2f^3\, d\, cos.\, \beta + f^2 (d^2 cos.\, \beta^2 - b^2 h^2) + 2 f d\, b^2 h^2$ $cos.\, \beta - b^2 d^2 h^2 = o$. Si vero angulus B ponatur aequalis tribus rectis, cadente B ad dextram diagonalis intra vel extra triangulum ADC, et trapezio inverso denuo prodeunte, habetur haec aequatio: $f^4 - \frac{2f^3 d\, p}{m} + \frac{f^2 (d^2 p^2 - b^2)}{m^2} +$

$$\frac{2 f d\, b^2 cos.\, \beta}{m^2} - \frac{b^2 d^2}{m^2} = o.$$

Coroll. VII.

§. 161. Si anguli A et ACD simul sumti aequentur duobus rectis, aequatio in hanc simpliciorem abit: $f^4 - \frac{f^2 b^2 h^2}{m^2} + \frac{2 f d\, b^2 h^2 cos.\, \beta -}{m^2}$

$- \frac{b^2 d^2 h^2}{m^2} = o$, et si in hac sumtione angulus uterque sumatur rectus aequatio fit: $f^4 - f^2 b^2 h^2 - b^2 d^2 h^2 = o$, ex qua obtinetur: $f = \frac{\sqrt{(b\, fin.\, \lambda\, (b\, fin.\, \lambda \pm \sqrt{b^2 fin.\, \lambda^2 + 4 d^2}))}}{\sqrt{2}}$

Quod si iidem anguli ponantur simul uni recto aequales, prodibit haec aequatio: $f^4 - \frac{2 f^3 d}{m} +$

$$\frac{f^2 (d^2 - b^2 h^2)}{m^2} + \frac{2 f\, b^2 d\, h^2}{m} - \frac{b^2 d^2 h^2}{m^2} = o.$$

Coroll. VIII.

§. 162. Si in aequatione primo inventa ponatur $f = b$, ut fiat $\sqrt{(f^2 - b^2 fin.\, \lambda^2)} = b$ $\sqrt{(1 - fin.\, \lambda^2)} = \pm\, b\, cos.\, \lambda$, aequatio mutatur in

in hanc ab irrationalitate liberam: $\pm d\, \textit{sin.} (\beta+\psi)$ $\textit{cos.}\, \lambda - - d\, \textit{cos.} (\beta+\psi)\, \textit{sin.}\, \lambda == b\, \textit{sin.}\, \psi\, \textit{cos.}\, \lambda -$ $- b\, \textit{sin.}\, \lambda\, \textit{cos.}\, \psi$ quae in hanc abit, adhibito signo affirmativo: $d\, \textit{sin.} (\beta+\psi-\lambda) == b\, \textit{sin.} (\psi-\lambda)$, sed negativo adhibito signo: $d\, \textit{sin.} (\beta+\lambda+\psi) =$ $= b\, \textit{sin.} (\lambda+\psi)$; in casu priore sequitur esse: $b : \textit{sin.} (\beta+\psi-\lambda) = d : \textit{sin.} (\psi-\lambda)$, at in posteriore: $b : \textit{sin.} (\beta+\lambda+\psi) == d : \textit{sin.} (\psi+\lambda)$. Prior analogia valet quamdiu angulus D est minor duobus rectis, sive quod eodem recidit, quamdiu angulus $ACD = \beta$, est affirmativus, quod si vero manentibus caeteris fiat D major duobus rectis, cadente D ultra diagonalem intra triangulum sinistrum, sive angulus ACD negativus, valet etiam prior aequatio paullulum immutata, ut sit: $d\, \textit{sin.} (\beta+\psi-\lambda) = b\, \textit{sin.} (\lambda-\psi)$. Idem casus etiam obtinet, si angulus B ultra diagonalem quomodocunque cadat. Sed analogia posterior vera non est, nisi angulus B fiat duobus rectis aequalis, quo in casu trapezium abit in triangulum dextrum, et analogia haec trigonometrica tunc obtinet: $b : \textit{sin.} (\beta+\psi) = d : \textit{sin.}\, \psi$.

Scholion III.

§. 163. Liquet ergo posito $b=f$, signum negativum *cos.* λ esse rejiciendum, cum enim triangulum ACB sit rectilineum, fieri non potest ut angulus uterque in hoc triangulo adjacens lateri AB, sit obtusus, $-\textit{cos.}\, \lambda$ angulum $-B$ obtusum indicante.

Scholion IV.

§. 164. In aequatione, quae in solutione problematis fuit inventa pro trapezio directo, non

aliae variationes occurrunt, quam quae ex ambiguitate ſigni radicalis et coſinus oriuntur. Quod ſi vero trapezium ita ſit partialiter inverſum, ut totum triangulum ADC cadat intra triangulum ABC, exiſtente angulo ACD majore quam angulo BAD, habetur haec aequatio:
$$(d \sin.(\beta-\psi) - f \sin.\psi)\sqrt{(f^2 - b^2 \sin.\lambda^2)} = -b \sin.\lambda(d \cos.(\beta-\psi) + f \cos.\psi).$$
Verum excedente angulo BAD angulum ACD, haec habetur:
$$(d \sin.(\psi-\beta) + f \sin.\psi)\sqrt{(f^2 - b^2 \sin.\lambda^2)} = -b \sin.\lambda(d \cos.(\psi-\beta) + f \cos.\psi).$$
Eaedem aequationes recurrunt, ſi trapezium ita ſit totaliter inverſum, ut latus AD cadat intra latus AB, latus autem CD, extra latus CB. Sin autem trapezium ita ſit totaliter inverſum ut latus AD cadat extra latus AB, latus autem CD intra latus CB, habetur haec aequatio:
$$(d \sin.(\beta+\psi) - f \sin.\psi)\sqrt{(f^2 - b^2 \sin.\lambda^2)} = b \sin.\lambda(-d \cos(\beta+\psi) + f \cos.\psi).$$
Quod ſi trapezium ita ſit partialiter inverſum ut totum triangulum ABC cadat intra triangulum ADC, eadem aequatio recurrit, neque praeterea aliae variationes occurrunt, niſi quae ex ambiguitate ſigni radicalis coſinuum oriri poſſunt. Generalis igitur aequatio erit hujusmodi:
$$(d \sin.(\beta\pm\psi) \mp f \sin.\psi)\sqrt{(f^2 - b^2 - \sin.\lambda^2)} = \pm b \sin.\lambda(\pm\lambda \cos.(\beta\pm\psi) \mp f \cos.\psi).$$

Problema XII.

Fig. XII. §. 165. In figura quadrilatera $ABCD$, inter haec ſex, latus $AB=a$, $BC=b$, $CD=d$, diagonalem $AC=f$, angulum $A=\psi$, et denique angulum $ACD=\beta$; aequationem invenire.

Solutio.

Solutio.

1) Demisso ab angulo B in diagonalem perpendiculo, cum sit per Elementa Geometriae segmentum $A\,b = \frac{a^2+f^2-b^2}{2f}$, erit perpendiculum

$$B\,b = \frac{\sqrt{(a^2 - (a^2+f^2-b^2)^2)}}{4f^2} = h \text{ brevitatis gratia,}$$

et in triangulo $B\,A\,C$ formo hanc analogiam: $1 : A\,B\,(a) = \text{fin.}\,B\,A\,C : h$, hinc sequitur esse:

$$\text{fin.}\,B\,A\,C = \frac{h}{a} \text{ et } \cos.\,B\,A\,C = \frac{\sqrt{(a^2-h^2)}}{a}.$$

2) Ex his et finu cofinuque anguli A formo finum et cofinum anguli $C\,A\,D$ et invenio:

$$\text{fin.}(\psi - CAB) = \frac{\text{fin.}\,\psi\sqrt{(a^2-h^2)} - h\cos.\,\psi}{a} = \text{fin.}\,CAD$$

$$\text{et } \cos.(\psi - CAB) = \frac{\cos.\,\psi\sqrt{(a^2-h^2)} + h\,\text{fin.}\,\psi}{a} = \cos.\,CAD.$$

3) Ex his et ex finu cofinuque anguli $A\,C\,D$ formo finum anguli D, qui igitur erit:

$$= \frac{\text{fin.}\,\beta\cos.\,\psi\sqrt{(a^2-h^2)} + h\,\text{fin.}\,\beta\,\text{fin.}\,\psi +}{a}$$

$$\frac{\cos.\,\beta\,\text{fin.}\,\psi\sqrt{(a^2-h^2)} - h\cos.\,\beta\cos.\,\psi}{a}$$

$$= \frac{\text{fin.}\,(\beta+\psi)\sqrt{(a^2-h^2)} - h\cos.\,(\beta+\psi)}{a} = \text{fin.}\,D.$$

4) His factis in triangulo dextro pervenio ad hanc analogiam: $A\,C : \text{fin.}\,D = CD : \text{fin.}\,CAD$, h. e.

$$f : \frac{\text{fin.}\,(\beta+\psi)\sqrt{(a^2-h^2)} - h\cos.\,(\beta+\psi)}{a} =$$

 $= d :$

$= d : \frac{\sin.\psi \sqrt{(a^2-h^2)} - h\cos.\psi}{a}$ unde conſequitur fore: $(d\sin.(\beta+\psi) - f\sin.\psi)\sqrt{(a^2-h^2)} =$ $= h(d\cos.(\beta+\psi) - f\cos.\psi)$. Q. E. I.

Coroll. I.

§. 166. Quia d non continetur in h, ex hac aequatione facillime invenitur latus DC cum ſit

$$d = \frac{f\sin.\psi\sqrt{(a^2-h^2)} - f\cos.\psi}{\sin.(\beta+\psi)\sqrt{(a^2-h^2)} - h\cos.(\beta+\psi)} = DC.$$

Sit ad abbreviandum $d\sin.(\beta+\psi) - f\sin.\psi = M$, $d\cos.(\beta+\psi) - f\cos.\psi = N$, et erit aequatio abbreviata: $M\sqrt{(a^2-h^2)} = hN$, ex qua ſubſtituto valore ipſius et operatione abſoluta, obtinetur haec aequatio pro latere

$$BC = b = \frac{\sqrt{((a^2+f^2)\sqrt{(M^2+N^2)} - 2afN)}}{\sqrt{(M^2+N^2)}}$$

ex eadem aequatione invenitur

$$\text{latus } AB = \frac{fN \pm \sqrt{(b^2(M^2+N^2) - M^2f^2)}}{\sqrt{(M^2+N^2)}} = a.$$

Coroll. II.

§. 167. Pro angulo A obtinendo habetur haec aequatio:

$$\text{tang.}\,\psi = \frac{(d\cos.\beta - f)h - d\sin.\beta\sqrt{(a^2-h^2)}}{hd\sin\beta + (d\cos.\beta - f)\sqrt{(a^2-h^2)}}$$

et angulus ipſe

$$\psi = \text{ang. tang.}\frac{(d\cos.\beta - f)h - d\sin.\beta\sqrt{(a^2-h^2)}}{hd\sin.\beta + (d\cos.\beta - f)\sqrt{(a^2-h^2)}}$$

Coroll.

Coroll. III.

§. 168. Poſito ad abbreviandum $cos.(\beta+\psi) = q$, $cos.\psi = n$, aequatio pro diagonali ad ſextum gradum aſcendit et eſt hujusmodi:

$$\begin{array}{l} f^6 - 2f^5 d\,cos.\beta + 2(a^2-b^2)\,f^4 - 4d\,cos.\beta(a^2-b^2) \\ \qquad\qquad\qquad\; -4a^2n^2 \qquad\qquad\quad +8a^2d^2nq \\ \qquad\qquad\qquad\; +\,d^2 \end{array}$$

$$\begin{array}{l} f^3 + 2d^2(a^2-b^2)\,f^2 - 2fd\,cos.\beta(a^2-b^2) + d^2(a^2-b^2) = 0. \\ \quad +(a^2-b^2)^2 \\ \quad -4a^2d^2q^2 \end{array}$$

Sed in eo caſu, quo AB aequatur BC, ut ſit $a=b$ et triangulum ABC aequicrurum, aequatio multum contrahitur, et ad quartum gradum deſcendit, ut fiat: $f^4 - 2f^3 d\,cos.\beta + f^2(d^2-4a^2n^2) + 8fa^2dn\,q - 4a^2d^2q^2 = 0.$

Scholion I.

§. 169. Inter ſex illos caſus, qui in aequatione continentur, non datur niſi unus Tetragonometriae proprius, qui tunc obtinet, quando ex diagonali quaeritur conſtructio figurae, ſed dolendum aequationem hanc eſſe ſexti gradus et nimis complicatam, ut ad praxin ſit parum utilis, cum tamen hic caſus problema ſuppeditet in Geometria practica novum utile ſimul et ſatis pulchrum, caeteri caſus quinque utrique methodo et trigonometricae et tetragonometricae ſubſunt, ſed ita ut trigonometrice facilius brevius et concinnius ſolvantur, quorum quatuor evolvi, quia ex aequatione haud ita operoſe conſequuntur. Quintum conſulto omiſi, qui obtinet pro inveniendo angulo ACD, qui ex aequatione operoſius evolvitur, et per aequationem magis complicatam exprimitur.

Coroll.

Coroll. IV.

§. 170. Si ponatur angulus A aequalis duobus rectis, trapezio in triangulum BCD abeunte, aequatio paululum mutatur in iis terminis, in quibus occurrunt litterae n et q, cum fiat prior $=-1$, posterior $=-\cos.\beta$, et continet solutionem problematis novi de triangulis hujusmodi: Datis in triangulo BCD lateribus BC, CD, et parte lateris tertii BE, et angulo ECD, parte anguli C, invenire rectam AC, et resolvere triangulum tum totale tum partiale. Si in hoc casu sit AB aequalis BC, aequatio quarti gradus prius inventa paululum immutatur, ut fiat: $f^4-2f^3d\cos.\beta+f^2(d^2-4a^2)+8fa^2d\cos.\beta-4a^2d^2\cos.\beta^2=0$.

Coroll. V.

§. 171. Quod si angulus ACD evanescere ponatur, abeunte trapezio in triangulum ABC, aequatio primo inventa, in hanc mutatur: $\sin.\psi\sqrt{(a^2-h^2)}=h\cos.\psi$, sive $\tang.\psi\sqrt{(a^2-h^2)}=h$ et brevitatis causa posito $\tang.\psi=t$, absoluta operatione habetur: $f=\frac{a\pm\sqrt{(b^2(t^2+1)-a^2t^2)}}{\sqrt{(t^2+1)}}$ sive quoniam $\sqrt{(t^2+1)}$ est secans anguli A, erit $f=\frac{a\pm\sqrt{(b^2\sec.\psi^2-a^2\tang.\psi^2)}}{\sec.\psi}$, quae in hanc mutatur: $f=a\cos.\psi\pm\sqrt{(b^2-a^2\sin.\psi^2)}$.

Scholion II.

§. 172. Suppeditat haec aequatio novam solutionem trianguli ABC, nam in eo casu quo ex

ex datis lateribus AB, BC, et angulo BAC quaerendum eſt latus tertium AC, ad idem communi methodo ſolvendum, duabus analogiis opus eſt; tamen methodo tetragonometrica haec ſolutio facile obtinetur, nam demiſſo ab angulo B, in latus quaeſitum perpendiculo Bb, ſtatim apparet ſegmentum Ab eſſe $= a \cos. \psi$ et ſegmentum alterum $bc = \surd(b^2 - a^2 \sin. \psi^2)$ et conſequenter fore in caſu anguli ACB acuti latus $f = a \cos. \psi + \surd(b^2 - a^2 \sin. \psi^2)$, ſed in caſu ejusdem obtuſi obtinet ſignum negativum, ut ſit $f = a \cos. \psi - \surd(b^2 - a^2 \sin. \psi)$. Verum ex aequatione generali hic caſus particularis operoſius elicitur.

Coroll. VI.

§. 173. Si angulus A ponatur aequalis tribus rectis, cadit vertex A ſupra diagonalem BD intra vel extra triangulum BCD, et prodit trapezium vel ex parte vel totaliter inverſum, ſed aequatio generalis ſit paullo ſimplicior, cum duo termini, in quibus occurrit $n = \cos. \psi$ evaneſcant. Sed in hoc caſu, ſi ſit $AB = BC$; aequatio quarti gradus ſit etiam paullo ſimplicior talis: $f^4 - 2f^3 d \cos. \beta + f^2 d^2 - 4a^2 d^2 \sin. \beta^2 = 0.$

Scholion III.

§. 174. In aequatione, quae in reſolutione problematis fuit inventa pro trapezio directo, aliae variationes non occurrunt, quam quae ex ambiguitate ſigni radicalis et coſinus oriuntur, et in littera h, prout perpendiculum cadit infra vel extra figuram. Quodſi vero trapezium ita

ſit

